B15.
e

Library

Arnold Arboretum

of

Harvard University

Paris

Baillon

Errorum

I–VII

ARNOLD
ARBORETUM
HARVARD
UNIVERSITY

# ERRORUM DECAISNEANORUM

## GRAVIORUM VEL MINUS COGNITORUM

## CENTURIA PRIMA

AUCTORE

**H. BAILLON**

> « Materiæ tanta abundat copia labori faber ut desit, non fabro labor. »

### DECAS I.

1. Decaisneus germina *Visci* priore ætate plena nec cava descripsit delineavitque (*Mém. sur le Gui*, § 2).

2. Saccula amniotica *Loranthearum* pro ovulis habuit Decaisneus (*Mém. Gui, ibid.*).

3. Ovariorum complete septatorum pluriloculariorum placentationem Decaisneus « centralem » appellat (*Traité gén. bot.*, éd. 1, 51).

39929
Sept. 4, 1931.



4. Ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 420), flos *Cruciferarum* « haud exacte quoad axem floralem symmetricus ».

5. Gallas sic dictas « chinenses » et in *Rhoide semialata* collectas, Decaisneus ab arbore japonica *Distylio racemoso* Sieb. et Zucc. productas censebat (Guib., *Tr. drog. simpl.*, éd. 6, III, 503).

6. Arillus *Myristicæ moschatæ* ex umbilico nec e micropyle oritur, suadente Decaisneo (*Tr. gén.*, 380).

7. Alias Decaisneus (*Tr. gén.*, 86) hisce verbis utitur : « Dans le Muscadier, l'enveloppe charnue et découpée en réseau, qui recouvre la graine, et constitue la substance aromatique nommée *macis*, peut être considérée comme une expansion du micropyle. »

8. Decaisneus ovula (ex ipso nuda) *Taxi baccati* et *Salisburyæ adiantifoliæ* post fecundationem nomine « fructus » salutat (*Tr. gén.*, 532).

9. Inflorescentia cymosa centrifuga *Butomi* a Decaisneo pro « umbella » simplici habetur (*Tr. gén.*, 640).

10. *Umbelliferarum* fructus est, ex Decaisneo « capsula bilocularis, loculis 1-ovulatis a septo angusto separatis » (*Tr. gén.*, 80).

## DECAS II.

11. *Cornorum* ovula pendula micropylen habent, ex Decaisneo, extrorsam (*Tr. gén.*, 257).

12. E cortice *Cinchonæ Calisayæ* imprimis inter alcaloideas extracta *brucina*, ex Decaisneo (*Man. am. jard.*, I, 355).

13. Decaisnei definitio *chlorophyllæ*, anno 1868 evulgata : « La *chlorophylle* est une matière verte qui forme des flocons de consistance gélatineuse nageant dans le liquide incolore des cellules; ces flocons tendent à se déposer sur les parties solides qu'ils rencontrent, c'est-à-dire sur les parois internes de ces cellules ou sur les grains de fécule et d'aleurone qui y sont contenus. » (*Tr. gen.*, 94.)

14. *Bursinopetalum*, genus *Araliacearum* (v. ex aliis *Cornearum*) « ob consensum universalem » ad « *Olacineas-Opilieas* » referebat Decaisneus (*Ann. sc. nat.*, sér. 4, IX, 279).

15. *Araliæ* et *Hederæ* petala, ex Decaisnei diagrammatibus (*Tr. gén.*, 252), præfloratione eadem gaudent.

16. Antheræ *Visci albi*, ex Decaisneo (*Mém. Gui*), utriculis reticulatis omnino destitutæ sunt.

17. Ovula *Anonacearum* semper « erecta v. adscendentia » sunt, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 381).

18. *Pyrorum* organogeniam floralem abeunte octobre Decaisneus observavit (*Bull. Soc. bot. Fr.*, IV, 339), dum florum evolutio ineunte julio incipiat.

19. *Umbelliferarum* petala « super discum epigynum (nec sub eo) inserta, invita natura, credit Decaisneus (*Tr. gén.*, 249).

20. *Croci sativi* partem a medicis præscriptam Decaisneus « stigmata » esse censet (*Tr. gén.*, 572).

---

## DECAS III.

21. Grana pollinis *Visci* novembre, ex Decaisneo, duplici integumento donata esse, acidorum ope, nullo modo demonstrandum (*Mém. Gui*).

22. Stipulæ in *Araliaceis* ex Decaisneo nullæ (*Tr. gén.*, 253).

23. *Acanthellæ* lobos calycinos truncavit Decaisneus (*Olin.*, in tabul.) ut florem ei *Oliniæ* similiorem faceret.

24. *Napoleonarum* placentas uti constanter parietales (genus unde *Combretaceis* proximum) describit Decaisneus (*Tr. gén.*, 288). E Fourniero, Decaisnei defensore incauto, placentæ in opere supra citato nunc parietales, nunc axiles delineantur.

25. *Myrtaceas* calyce valvato semper præditas esse Decaisneus iterum atque iterum affirmat (*Tr. gén.*, 292, 294, 295).

26. *Monimiaceæ* ovulo erecto donatæ (e. g. *Citrosma* v. *Siparuna*) ex Decaisneo stylum habent « lateralem v. basilarem » (*Tr. gén.*, 517).

27. Per *Amaryllidearum* seminum carnosorum germinationem, Decaisneus exitum radiculæ constanter fieri affirmat ubi humi et seminis fit contactus (*Bull. Soc. bot. Fr.*, V, 18).

28. *Salvadora* (« genus *Salvadoracearum* unicum ») germen habet « 2-loculare, loculis 2-ovulatis », ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 453), dum germen certe sit 1-loculare et 1-ovulatum.

29. *Olacinearum* perianthium « simplex » dicitur a Decaisneo (*Tr. gén.*, 475).

30. *Antiaris toxicaria*, ex Decaisneo (in *Bl. Rumphia*, et *Tr. gén.*, 515), ovulum habet late sessile e summo loculo germinis pendulum et intuitu primo *orthotropum*.

## DECAS IV.

31. *Malorum* endocarpium sarcocarpio durius (fructumque inde drupaceum) negat Decaisneus (*Pomac.*).

32. *Circæarum* ovarii loculos oppositipetalos haud bene in floris sectione longitudinali *alternipetalos* depingit Decaisneus (*Tr. gén.*, 282).

33. Ovula *Rosarum* in loculis solitaria describit Decaisneus (*Tr. gén.*, 300), dum ea *Umbelliferarum* 2-na agnoscat.

34. *Amboræ* floris segmentum Decaisneus « inflorescentiæ partem » appellat (*Tr. gén.*, 517).

35. *Ephedrarum* quæ, Decaisneo judice, tribus sunt *Coniferarum*, i. e. *Gymnospermearum*, « fructum integrum apertumque » incaute figuravit (*Tr. gén.*, 540).

36. *Alchimillæ* stamina, suppressa filamentorum articulatione, Decaisneus depingi curavit (*Tr. gén.*, 301).

37. *Oliniarum* stamina *sessilia* esse Decaisneus affirmat (*Olin.*, 9).

38. In *Garryæ* seminum sectione transversa, embryonem (?) bis sectum fingit Decaisneus (*Tr. gén.*, 256). Est autem embryo ex semetipso rectus.

39. *Monetiæ* (*Azimæ*) corolla est, teste Decaisneo, « monopetala » (*Tr. gén.*, 453).

40. *Phytolacceæ*, hinc plerumque apetalæ dictæ, inde a Decaisneo distinguuntur a *Chenopodieis* « flore sæpe petalis donato » (*Tr. gén.* 456).

---

## DECAS V.

41. *Drymispermum Cumingii* in *Prodromo Candolleano* (XIV, 605) anno 1857 in exs. *Cumingianis* (n. 763) a Meissnero descriptum, mutato partis nomine, Decaisneus uti speciem novam suam, sub *D. Cumingiano* describit, anno 1864 (*Voy. Vénus*, *Bot.*, 17).

42. Sacculi amniotici *Visci* parietem Decaisneus « epidermidis » nomine salutat (*Mém. Gui*, 28).

43. *Araliacearum* germen 2-15-loculare, anno 1868, esse ait Decaisneus (*Tr. gén.*, 253). Attamen *Tupidanthus* anno 1854 ab Hookero descriptus « loculos ultra 90 » habet.

44. *Nelumbiorum* ovula Decaisneus pendula descripsit « e summo funiculo ad imum ovarium inserto » (*Tr. gén.*, 402).

45. *Nyctaginis* semen dicitur cum endocarpio « adhærens » a Decaisneo qui nihilominus fructum « achænium » esse censet (*Tr. gén.*, 452).

46. Perianthium *Laurinearum* « simplex » dicitur a Decaisneo (*Tr. gén.*, 460, 461) ; foliola tamen 2-seriata aut pro calyce duplice, aut pro calyce et corolla ab auctoribus habentur.

47. *Sanguisorbæ* flores « calyce corollaque donatos » esse admittit Decaisneus (*Tr. gén.*, 301).

48. *Rubi* calycem imbricatum delineavit Decaisneus genusque inter *Dryadeas*, quarum a semetipso « calyx valvaris » dicitur, enumerat (*Tr. gén.*, 302, 303).

49. *Oxalidum* raphen ovulorum dorsalem figurat Decaisneus (*Tr. gén.*, 357).

50. *Zygophylli* ovulos Decaisneus in diagrammate (*Tr. gén.*, 359) solitarios v. 1-seriatos figurat.

---

## DECAS VI.

51. *Hydrocotyles* flores uti « verticillatos » describit Decaisneus (*Tr. gén.*, 249).

52. Petala *Umbelliferarum*, excepta nulla, a Decaisneo « valvata v. subimbricata » dicuntur (*Tr. gén.*, 249).

53. Fructus *Araliacearum* ex Decaisneo semper est « bacca carnosa v. sicca » (*Tr. gén.*, 253).

54. *Garryæ* testam valde carnosam crassissimamque « tenuem esse transverseque rugosam » ait Decaisneus (*Tr. gén.*, 255).

55. *Myrrhinium* et *Fenzliam*, invito Naudino aliisque, anno 1868, inter *Olinicas* adhuc enumerabat Decaisneus (*Tr. gén.*, 292).

56. *Santalacearum* ovula constanter 3 in germinibus singulis numerantur, ex Decaisneo (*Mém. Gui*, 27).

57. *Amboræ* semina suberecta, ovula licet pendula, esse censet Decaisneus (*Tr. gén.*, 517).

58. *Monetia* et *Dobera*, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 453), a *Salvadora* differunt tantum « floribus diœcis et ovulo pendulo ».

59. Stamina *Laurinearum* describit Decaisneus « fertilia cum sterilibus alternantia » (*Tr. gén.*, 460).

60. E speciebus paucis *Phaleriæ* Decaisneus genera tria confecit, scilicet *Drymispermum*, *Leucosmiam* et *Pseudaidem* (*Ann. sc. nat.*, sér. 2, XIX, 40).

## DECAS VII.

61. *Conuleum* Rich., 23 abhinc annis a Tulasneo aliisque auctoribus idem ac *Citrosma* (*Monimiacearum* genus) demonstratum, inter *Elæagneas* a Decaisneo enumeratur (*Tr. gén.*, 466).

62. Ovula seminaque *Urticearum* uti constanter « erecta » indicat Decaisneus (*Tr. gén.*, 509).

63. *Rusci aculeati* flores « epiphyllos » dicit Decaisneus (*Tr. gén.*, 31).

64. Colorem rubrum antherarum Decaisneus characterem *Pyri* genericum esse censet (*Pomac.*).

65. Vulgatissima species *Skimmiæ*, scilicet *S. Laureola*, generis novi (*Anquetilia*) prototypus est, monente Decaisneo (in *Jacquem. Voy. Bot.*, 161).

66. *Myrrhinii atropurpurei*, stirpis austro-americanæ, fructus « ab incolis Madagascariæ » comeduntur, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 292).

67. *Dorsteniæ* « hypanthodium » ad capitulum refert, anno 1868, Decaisneus, scilicet ad inflorescentias definitas, dum inter mixtas certe adnumerandum sit (*Tr. gén.*, 28).

68. Decaisneus ovula descendentia *Ternstrœmiæ* micropyle extrorsum supera donata credit (*Tr. gén.*, 337).

69. *Omphalocarpum*, genus certe *Sapotacearum*, Decaisneus inter « *Camelliaceas* » enumerat (*Tr. gén.*, 336).

70. *Croci sativi* pars subterranea est, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 571) « rhizoma bulbosum ».

---

## DECAS VIII.

71. Fructum drupaceum *Rhamni cathartici* « baccam » esse censet Decaisneus (*Tr. gén.*, 246).

72. In flore *Santali* Decaisneus perianthii foliola lateralia 2, dum postica sint 2, 2 autem antica, delineavit (*Tr. gén.*, 473).

73. Decaisneus *Corylorum* bracteam floriferam masculam « perianthium bracteiforme floris masculi » appellat (*Tr. gén.*, 527).

74. *Rosam Boreanam* Bér., e sectione *Gallicanarum*, Decaisneus *Rosam macrantham* Desp., e sectione longe aliena *Caninarum*, esse affirmavit (*Ann. Soc. Linn. Maine-et-Loire* [1867], 160).

75. *Cornearum* inflorescentiæ cymosæ ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 257) « umbellatæ, capitatæ v. rarius corymbosæ » sunt.

76. *Onagrarieæ* cum *Halorageis*, etc., connectuntur, teste Decaisneo, « calyce valvato ». *Circeæ* autem, inter *Onagrarieas* ab eo enumeratæ, calyx tortus delineatur (*Tr. gén.*, 282).

77. Flos *Violæ* a Decaisneo (*Tr. gén.*, 73), uti flos *Lathyri* proximus, resupinatus fingitur.

78. Inflorescentia fœminea sic dicta *Ephippiandræ* a Decaisneo (*Tr. gén.*, 517), est certe flos fœmineus.

79. *Casuarinarum* germinis loculum alterum effœtum (nec a loculo fertili complete separatum) « cameram aeriferam » appellat Decaisneus (*Tr. gén.*, 532).

80. *Welwitschiæ* « fructum » appellat Decaisneus partem eamdem quam junius « ovulum » loco eodem nominabat (*Tr. gén.*, 539).

---

## DECAS IX.

81. *Hydrangearum* inflorescentiam cymosam certeque centrifugam Decaisneus uti « corymbum » describit (*Tr. gén.*, 263).

82. *Halorageos* stylos cum germinis loculis alternantes figuravit Decaisneus (*Tr. gén.*, 283).

83. Ovulorum *Halorageos* micropylen (interiorem superamque) exteriorem Decaisneus, invita natura, depinxit (*loc. cit.*).

84. Semina *Buxearum* « carunculata » (i. e., *Euphorbiacearum* more, arillo e micropyle orto prædita) observavit Decaisneus (*Tr. gén.*, 498).

85. Seminum testa « evidenter », ex Decaisneo, nulla exceptione admissa, « est ovuli integumentum exterius » (*Tr. gén.*, 109). De integumentis seminalibus erronea permulta evulgavit.

86. *Atacciæ cristatæ* flores sunt, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 573), « in umbellam » dispositi.

87. *Euphorbiacearum* embryonem « in axi albuminis copiosi rectum » characterem constantem esse censet Decaisneus (*Tr. gén.*, 490).

88. Florem fœmineum *Juglandis regiæ* dubitanter « corolla 4-mera » præditum esse Decaisneus nuntiavit (*Tr. gén.*, 524).

89. *Pachysandræ* ovulorum micropyles apex juniorum ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 499) extrorsum spectat.

90. Seminum raphen vascularem « inter ovuli integumentum exterius internumque serpere » iterum affirmat Decaisneus (*Tr. gén.*, 109).

## DECAS X.

91. *Visci albi* ovulum uti massam ovoideam liberam erectamque figurat Decaisneus (*Tr. gén.*, 106, fig. 712).

92. *Bruniacearum* folia « exstipulata », ob stipulas minutas indeque ab eo prætervisas, esse censet Decaisneus (*Tr. gén.*, 247).

93. *Umbelliferarum* vittas semini ipso nonnunquam impositas, endocarpio tenui præterviso, nuntiat Decaisneus (*Tr. gén.*, 249).

94. *Rhodoleiæ Championi* capitulum multiflorum bracteisque imbricatis involucratum Decaisneus pro « flore unico » sumpsit (*Tr. gén.*, 258).

95. *Adoxam* Decaisneus, anno 1868, inter *Cornaceas* enumerat tribumque *Adoxearum* corolla imbricata distinguit (*Tr. gén.*, 253).

96. Cotyledones *Crassulacearum* « brevissimas » in *Crassula* semini longitudine subæquales Decaisneus delineavit (*Tr. gén.*, 208).

97. *Quercus* et *Castaneæ* fructuum cupula sic dicta tantum ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 38) « e squamis parvis imbricatis constat ».

98. *Violæ tricoloris* antheram 2-locularem unicam pro « staminibus 2, quorum unum caudatum », sumpsit Decaisneus (*Tr. gén.*, 46).

99. *Cannacearum* stamina (fertilia v. sterilia) Decaisneus, anno 1868, « 2-seriata », scilicet exteriora 3, 3 autem interiora, censet (*Tr. gén.*, 553).

100. *Polygoni Bistortæ* L. partem a medicis uti remedium adstringens prescriptam, « radicem » esse dixit Decaisneus (*Tr. gén.*, 459).

(*Mox sequetur.*)

PARIS. — IMPRIMERIE E. MARTINET, RUE MIGNON, 2

# ERRORUM DECAISNEANORUM

## GRAVIORUM VEL MINUS COGNITORUM

## CENTURIA SECUNDA

AUCTORE

## H. BAILLON

« Materiæ tanta abundat
copia labori faber ut desit,
non fabro labor. »

### DECAS I.

101. Decaisneus nonnunquam placentam dite ovuliferam pro ovulo unico sumpsit : e. g. *Stylochorinæ pubifloræ* « ovulum summo loculo affixum pendulum » (*Herb. timor.*, 91) est placenta multiovulata *Randiæ* cujusdam vulgatissimæ. Inde Miquelius, in errorem a Decaisneo infauste ductus, plantam, generis uti novi prototypum, *Canthopseos* nomine salutavit, eamque recentiores inte. *Vanguerieas*, scilicet *Rubiaceas* 1-ovulatas, enumeraverunt.

102. Absorptionis organa in vegetabilibus, ex Decaisneo, anno 1868 (*Tr. gén.*, 113) : « Cette absorption se fait au moyen des *spongioles* qui terminent les fibrilles. »

103. Ex Decaisneo de chimia plantarum disserente (*Tr. gén.*, 113), sal quale sulfas v. phosphas calcicus necnon sulfas ammoniacus, etc., ex elementis 2 tantum constat : « sunt omnia composita binaria ».

104. *Rubiacearum* corolla « raro torta », ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 159). Æstivatio autem corollæ, ex cl. Hooker (*Gen.*, II, 8, 9) in *Rubiacearum* tribubus septem torta v. « stricte contorta ».

105. Germen *Bouvardiæ*, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 161), loculos habet 2 laterales oppositipetalosque.

106. Embryonem in *Zanthoxyleis* ex Decaisneo « axilem », in ipso *Zanthoxylo* valde excentricum delineabat (*Tr. gén.*, 365).

107. *Circæarum* ovula « pendula » sunt, ex Decaisneo (*Fl. jard.*, 409).

108. *Crocorum* flores e bulbo orti, sunt, teste Decaisneo (*Fl. jard.*, 734), « radicales ».

109. Radix nequidem luminis contactu fit viridis, ait Decaisneus (*Tr. gén.*, 7).

110. Ex Decaisneo, *Adoxæ*, ab eo inter *Araliaceas* enumeratæ, ovuli raphe ventralis, micropyle extrorsum supera (*Tr. gén.*, 253).

## DECAS II.

111. *Bouvardiæ* calycis lobi 2 ex Decaisneo anteriores, postici autem 2 cum petalo postico alternantes delineantur (*Tr. gén.*, 161, in diagram.).

112. Germen *Raspailiæ*, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 247), « liberum. »

113. *Rubiæ* germinis loculi ex Decaisneo laterales sunt (*Tr. gén.*, 160, in diagram.).

114. *Papayacearum* corolla constanter valvata, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 485), anno 1868. In *Prodromo* Candolleano (XV, s. II, 414), anno 1864, nuntiatur præfloratio *Papayæ*, *Vasconcelleæ* et *Jacaratiæ*, momenti in classificatione haud minoris, nunc sæpe dextrorsum v. sinistrorsum « contorta ».

115. *Cucurbitacearum* corolla, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 484), constanter « gamopetala ». Attamen ex Bentham et Hooker (*Gen.*, I, 816) « petala 5, rarius 3 v. 6..... libera v. rarius gamopetala ».

116. *Luculiæ* loculi, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 161), laterales in diagrammate depinguntur, corollæ lobo nulli v. calycis exacte oppositi.

117. *Apocyneæ* « ob albuminis præsentiam » *Rubiaceis* propinquæ, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 159).

118. *Coprosma*, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 161), fructum præbet « baccatum 2-nucularem ».

119. Gemma axillaris ubi non evolvitur, « causa est cœli duritia vel plantarum vitæ brevitas », ait Decaisneus (*Tr. gén.*, 2).

120. *Fragariæ* fructus multiplex et e flore uno ortus, est ex Decaisneo « apocarpus » (*Jard. fruit. Mus.*).

---

## DECAS III.

121. Cellularum principium, ex Decaisneo, anno 1868 (*Tr. gén.*, 91) : « Les cellules, dans leur premier âge, sont des sacs circonscrits par une membrane mince et homogène, qui, d'abord molle et humide, se dessèche ensuite peu à peu. »

122. *Hyoscyami* flores, ex Decaisneo, sunt « axillares » (*Fl. jard.*, 226).

123. Decaisneus *Pittospori* germinis loculos laterales esse sibi fingit (*Tr. gén.*, 240).

124. *Evonymorum* loculos semper « 2-ovulatos » censet esse Decaisneus (*Fl. jard.*, 342).

125. Decaisneus in *Armeniacæ* flore « petala 5 summo calycis urceolo inserta » describit (*Jard. fruit. Mus.*), folia scilicet foliis inserta admittens.

126. Massulæ cellularis staminum priore ætate « color est viridis », teste Decaisneo, qui *Pyri* organogeniam floralem se observavisse contendit (*Tr. gén.*, 105).

127. *Tremandrearum* germinis, ex Decaisneo, loculi constanter 1-ovulati (*Tr. gén.*, 330). *Tremandræ* autem ipsius loculos plerumque 2-ovulatos vidimus.

128. *Adoxæ moschatellinæ* fructus, ex Decaisneo (*Fl. jard.*, 380), baccatus; putamine ut in *Malis* tenui ab eo, ut solet, præterviso.

129. Petala *Combretacearum* (torta licet in *Quisqualide* depicta) « præfloratione valvata » ait Decaisneus (*Tr. gén.*, 287).

130. Decaisneus *Polygalarum* seminis sic dictam strophiolam e micropylis exostomio nascentem, ex umbilico oriri affirmat (*Tr. gén.*, 329).

## DECAS IV.

131. Experientia, ex Decaisneo de plantarum viribus disserente (*Tr. gén.*, 114), « demonstravit in alcaloideis organicis esse sedem qualitatum venenosarum v. medicamentosarum plantarum ».

132. *Rubiæ* germinis loculos oppositipetalos necnon quoad axim laterales depingi curavit Decaisneus (*Tr. gén.*, 160, in flor. sect. longit.).

133. *Aralicarum* (trib. *Araliacearum*) character constans est, ex Decaisneo, « corolla valvata » (*Tr. gén.*, 253). *Aralicarum* autem character, e clar. Bentham et Hooker (*Gen.*, I, 932) aliisque, est corollæ æstivatio imbricativa.

134. *Hederæ* flos resupinatus est, ex Decaisneo, petalo quinto postico depicto (*Tr. gén.*, 252).

135. Stamina in *Bryoniæ dioicæ* flore masculo, ex Decaisneo, nunc 5 (*Fl. jard.*, 667), nunc autem $2\frac{1}{2}$ (*Tr. gén.*, 485).

136. In *Visci* flore masculo perianthium, ex Decaisneo simplex, corolla 0; in fœmineo autem indoles omnino diversa, perianthiumque, ex eodem, duplex, petalis squamosis (*Fl. jard.*, 662).

137. In *Ficus* fructus receptaculo inclusi « utriculi membranacei », teste Decaisneo (*Fl. jard.*, 683), exocarpio pulposo putamineque prætervisis.

138. Ex Decaisneo, « materia cellulas in rubrum tingens est semper liquida » (*Tr. gén.*, 94), solida licet granulosaque sæpe evadat.

139. *Populorum* florem perianthio omnino destitutum credit Decaisneus (*Tr. gén.*, 521), calyce vero ob brevitatem, ut solet, ab eo præterviso.

140. *Garryæ* perianthium, partium situ neglecto, ex Decaisnei descriptione (*Tr. gén.*, 255), constat « e sepalis 4, submembranaceis patulisque ».

---

## DECAS V.

141. Decaisnei ex icone (*Tr. gén.*, 253), germinis *Adoxæ* loculi sunt alternipetali.

142. *Ajugæ* radicula est, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 203), supera.

143. *Garciniæ Mangostanæ* semina edibilia « baccæ pulpam » censet esse Decaisneus (*Tr. gén.*, 336).

144. Decaisnei sententia, anno 1868, de circulis concentricis granulorum amyli : « Ces cercles indiquent autant de couches, superposées autour d'un petit noyau indiqué par le point central » (*Tr. gén.*, 94).

145. Flores *Lecheæ* « apetali », ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 429). Petala autem in floribus perfectis jure tria describunt auctores plerique.

146. *Cyrillæ* racemifloræ ovula, ex icone Decaisnei, in loculo 6 (*Tr. gén.*, 239).

147. Ex icone Decaisneana, stamina *Mimosæ pudicæ* videntur oppositipetala (*Tr. gén.*, 308).

148. *Viburnorum* seminis testa tenuissima, fide Decaisnei (*Tr. gén.*, 158), est « ossea crustaceaque ».

149. Gynæcei locus ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 49) : « Le *pistil* ou *gynécée* (*pistillum*, *gynæceum*) est le verticille qui couronne le réceptacle et occupe le centre de la fleur. » Germen nihilominus in descriptionibus permultis valde excentricum et sæpe imo receptaculo immersum ab auctoribus juste dicitur.

150. Germen pluriovulatum in vegetabilibus pro norma habeatur, nam, docente Decaisneo (*Tr. gén.*, 53), « chaque carpelle ayant deux placentaires, chacun de ces placentaires a, dans l'état régulier, un droit égal à porter des graines ».

## DECAS VI.

151. « Pedicelli 1-flori bracteolæ 2 semper cymam 2- v. 3-floram indicant, cujus axis primarius solus evolvitur », teste Decaisneo qui de inflorescentiarum indole multa notanda evulgavit (*Tr. gén.*, 31).

152. *Boraginis* flores, cymæ sic dictæ uniparæ ab omnibus auctoribus uti typum hucusque propositi, sunt, ex Decaisneo (*Fl. jard.*, 218), « laxe racemosi ».

153. Ovula *Verticordiarum* in loculo 5, 6, fide Decaisnei (*Fl. jard.*, 416). *Verticordiæ* autem ovulum sæpe solitarium v. placentam ovula 8 2-seriata gerentem vidimus.

154. *Coffeæ arabicæ* fructus, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 161), « baccatus ».

155. Ex Decaisneo, iterum atque iterum monente, a *Sambucineis Araliaceæ*, inter alia, differunt « corolla valvari » (*Tr. gén.*, 158).

156. *Viburnorum* ovuli, docente Decaisneo (*Tr. gén.*, 158), « raphe ventralis. »

157. *Lini* flores, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 356), resupinati; sepalis 2 postice delineatis.

158. Ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 29), cyma sic dicta dichotoma est « racemus definitus ».

159. *Talaumarum* seminis raphe, fide Decaisnei, est « testæ carnosæ interior », dum in *Magnolieis* sit, ex eodem, « sub testa carnosa libera » (*Fl. jard.*, 547).

160. *Gardeniarum* stipulæ optime ab auctoribus omnibus longis abhinc annis uti intrapetiolares descriptæ, sunt, ex Decaisneo (*Fl. jard.*, 182) « interpetiolares. »

---

## DECAS VII.

161. *Reana luxurians* Dur. (*Euchlæna*) est *Tripsaci* species in hortis vulgatissima, ex Decaisnei observatione (*Garden. Chron.*, 29 aprili 1876).

162. *Agapanthorum*, fide Decaisnei (*Fl. jard.*, 752), flores simpliciter « umbellati ».

163. *Cynocrambeas* Decaisneus ab *Urticeis* inter alia distin-

guit harum « achænio » (*Tr. gén.*, 507), dum serius (509) « drupam » esse posse fateatur.

164. *Bryophylli* gemmas e foliis ortas « embryones » Decaisneus appellat (*Tr. gén.*, 6).

165. *Strophiola* et *Caruncula* sunt, fide Decaisnei, res eadem (*Tr. gén.*, 86).

166. *Asiminæ trilobæ* ovula a Decaisneo (*Tr. gén.*, 381) orthotropa delineantur.

167. *Quisqualis indica* ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 286) ovula habet pendula; micropyle introrsa.

168. Partem eam florum quam in *Roseis* v. in *Pomaceis*, etc. « cupulam receptacularem » appellat Decaisneus, in *Rhamneis*, *Olinia*, etc. « tubi calycini » nomine salutat (*Tr. gén.*, 245, 292 et pass.).

169. Fructus *Quercus* est, ex Decaisneo, « capsula indehiscens » (*Tr. gén.*, 81).

170. *Betulacearum* ovarii loculos Decaisneus lapsu quodam 2-ovulatos (*Tr. gén.*, 528) seriusque (529) 1-ovulatos describit.

## DECAS VIII.

171. *Zingiberaceæ*, teste Decaisneo, a *Cannaceis* (haud ejusdem Ordinis) differunt « stamine ad verticillum staminodiorum primo attinente, antico », anthera biloculari donato (*Tr. gén.*, 555).

172. « Varietatem semen haud servat », ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 128).

173. Appendices floris *Plectroniæ* (*Oliniæ*) staminibus exteriores et e staminibus omnino liberas Decaisneus « squamas staminiferas » appellat (*Olin.*, 15).

174. Species Asiæ austro-orientalis vulgatissima *Andrachnes* est Decaisneo generis novi sui *Leptopi* prototypus (*Voy. Jacquem.*, *Bot.*, 155).

175. Substantia mucilaginosa germinibus interior tubum pollinicum ad ovula penetrare prohibet, affirmante Decaisneo (*Mém. Gui*, 40).

176. Semen Decaisneus « gemmulam esse » censet (*Tr. gén.*, 5).

177. *Cyrillarum* ovula descendentia raphen ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 239) ventralem habent.

178. Ex Decaisneo, sic dictæ *Carunculæ* nullo modo ad micropylen attinent (*Tr. gén.*, 86).

179. *Alliorum* inflorescentia est « umbella simplex », fide Decaisnei (*Fl. jard.*, 755).

180. Ligula *Graminearum* « nil est aliud, ex Decaisneo vaginam pro petiolo habente (*Tr. gén.*, 15), nisi stipula axillaris » e summo petiolo orta.

---

## DECAS IX.

181. Ovula « pendula » *Euphorbiacearum* raphe « nunc raro dorsali » donata, generibus haud indicatis, vidit Decaisneus (*Tr. gén.*, 491).

182. Censet Decaisneus (*Tr. gén.*, 15) vaginam folii *Graminearum* nil nisi petiolum esse, apice inde stipuligerum (Vid. n. 180).

183. *Cercis* (ex Ordine *Leguminosarum*) ovulum præbet an-

ticum et cum petalis 2 alternantem, ex icone Decaisneana (*Tr. gén.*, 309).

184. Ab *Araliaceis Cornaceæ*, sæpissime licet alternifoliæ, inter alia differunt, suadente Decaisneo (*Tr. gén.*, 254), « foliis oppositis ».

185. *Veratri albi* pars a medicis præscripta, est, fide Decaisnei (*Tr. gén.*, 580), « radix ».

186. *Pontederiaceæ* a *Bromeliaceis* recedunt, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 563), « ovulo unico ».

187. *Pontederiacearum* alias (*Tr. gén.*, 593), « semina numerosa » describit Decaisneus.

188. Antheræ *Berberidum*, e Decaisneo (*Tr. gén.*, 395), « extrorsæ ».

189. Radices adventivæ, docente Decaisneo (*Tr. gén.*, 8), « ad caulis nodos gignuntur ».

190. Petala in *Araliaceis* « nunc nulla », docente Decaisneo (*Fl. jard.*, 379).

## DECAS X.

191. Decaisnei definitio *Glutinæ* (*Tr. gén.*, 114) : « La *glutine*, qui fait la base des levains ou ferments (gluten). »

192. *Rubiacearum* omnium, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 159), « antheræ introrsæ ».

193. *Quisqualis* fructum habet, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 287), « drupaceum ».

194. *Ægotoxici* ovulorum sic dictum obturatorem Decaisneus negat (*Ann. sc. nat.*, sér. 4, IX, 279) quem videre haud potuit.

195. A Decaisneo *Thymelæarum* affinitates arctissimas cum *Rosaceis* inveniente, flos *Thymelæarum* nonnullarum hisce verbis definitus : « Une fleur de *Dais* ou de *Daphne* représente exactement celle d'une Amygdalée » (*Tr. gén.*, 464).

196. *Sambucorum* fructus, e Decaisnei fructuum putamina in plantis diversissimis constanter prætervidentis descriptione (*Tr. gén.*, 156, 158), « baccati ».

197. *Rubiacearum* constanter, monente Decaisneo (*Tr. gén.*, 159), « stigma bifidum v. plurifidum ».

198. *Heloseos* ovula, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 481), « e summo loculo pendula ».

199. *Rubiacearum* embryonis radicula ex Decaisneo « plerumque infera » (*Tr. gén.*, 159).

200. Cellulæ sic dictæ reticulatæ origo, ex Decaisneo, anno 1868 (*Tr. gén.*, 91) : « Lorsque la membrane interne se rompt irrégulièrement dans une étendue plus considérable, les amincissements résultant de son absence figurent un *réseau* irrégulier, dont les jours répondent au point où la membrane interne manque, et les mailles aux points où elle double la membrane externe. »

(*Mox sequetur.*)

PARIS. — IMPRIMERIE E. MARTINET, RUE MIGNON, 2

# ERRORUM DECAISNEANORUM

## GRAVIORUM VEL MINUS COGNITORUM

## CENTURIA TERTIA

AUCTORE

**H. BAILLON**

« Materiæ tanta abundat
copia labori faber ut desit,
non fabro labor. »

### DECAS I.

201. Decaisneus nonnunquam floris unisexualis segmentum, v. florem fœmineum cujus calyx ablatus, pro inflorescentia v. inflorescentiæ parte sumpsit, e. g. inter *Monimiaceas* (*Tr. gén.*, 517).

202. Flos *Lini*, e Decaisnei diagrammate (*Tr. gén.*, 356), staminodiis destitutus.

203. Germen *Rubiacearum* semper, e Decaisneo (*Tr. gén.*, 159), « 2-pluriloculare ». Genera tamen ad 25 ovario

gaudent 1-loculari, characterque, secundum auctores omnes, *Gardenias* a *Randia*, etc. sejungit.

204. Decaisnei cymæ sic dictæ scorpioideæ theoria (*Tr. gén.*, 30) ad cymam helicoideam spectat, nec flores 2-seriatos indicat.

205. *Mei* seminis facies commissuralis « plana v. convexa », teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 250).

206. *Polemoniorum* flores cymosi, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 172) sunt « paniculati v. corymbosi ».

207. *Valerianacearum* flores nunc, fide Decaisnei (*Tr. gén.*, 155), « arcte corymbosi ».

208. *Caprifoliaceæ* a *Valerianaceis* differunt, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 155), « placentatione axili ».

209. *Polemoniaceæ* a *Convolvulaceis* constanter distinguuntur, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 170) « loculis ovarii multi-ovulatis », dum *Polemonia* ipsa quædam loculos habeant 2-ovulatos, et *Giliæ* 1-ovulatos. Sunt et in *Phloxide* loculi 1-ovulati.

210. *Mussaendarum* flores cymosi, sunt, ex Decaisneo (*Fl. jard.*, 182), « corymbosi ». De inflorescentiarum indole et nomine perpetuo absonissima verba scripsit Decaisneus.

## DECAS II.

211. Sic dictus strobilus *Abietis* est, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 534), « fructus », jure eodem ac *Taxi* sic dictum « semen ».

212. *Menyanthis trifoliatæ* calyx, certe imbricatus, est, fide Decaisnei (*Tr. gén.*, 168, 169), ut in *Gentianaceis* cæteris, « valvatus v. tortus ».

213. *Tournefortiæ* albumen a Decaisneo (*Tr. gén.*, 178) copiosum (embryoni crassitudine subæquale) delineatum, ab ipso dicitur loco eodem « nul ou réduit à une lame charnue ».

214. *Anacharis*, genus *Hydrocharidearum*, habet, ex Decaisnei charactere (*Tr. gén.*, 636), « ovula numerosa » et « semina numerosa ». Fructus autem sæpe est, ut bene notum, 1-spermus.

215. *Myristicæ fragrantis* semen omnino sessile, habet, fingente Decaisneo (*Tr. gén.*, 380), « funiculum brevem crassumque ».

216. *Symphoricarpi* germinis loculi 1-ovulati et ∞-ovulati oppositi sunt, e sectione longitudinali a Decaisneo (*Tr. gén.*, 157) data.

217. Plantæ ejusdem fructus est, e sententia Decaisnei (*Fl. jard.*, 179), « bacca ».

218. *Hydroleacearum* cymæ, e sententia Decaisnei (*Tr. gén.*, 175), sunt « spicæ » scorpioideæ.

219. *Coffeæ arabicæ* ovula a Decaisneo (*Fl. jard.*, 183) « campylotropa » dicuntur.

220. Ovula *Garryarum* in placentis singulis 2-na, micropyle extrorsum laterali, invita natura depingi curavit Decaisneus (*Tr. gén.*, 256).

---

## DECAS III.

221. Medicamen sic dictum *Jalapam* largitur, uti censet Decaisneus, anno 1868, *Convolvulus Jalapa* (*Tr. gén.*, 170), quod falsum 50 abhinc annis demonstratur. Planta igitur, ex omnium consensu, est certe *Exogonium Purga* Benth.

222. Plantæ ejusdem pars utilis resiniflua est, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 170), « rhizoma », dum omnibus perfecte constet radices esse adventivas incrassatas.

223. « Rhizomatis » ejusdem vis purgativa non ad resinam ipsam attinet, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 170) : « elle ne doit sa propriété qu'à l'arome qui l'accompagne ».

224. *Ramondiæ pyrenaicæ* inflorescentia est, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 176), « corymbus terminalis ».

225. *Borraginis* ovulos, ex ipso « appensos », Decaisneus erectos depingi curavit (*Tr. gén.*, 177).

226. *Cerinthi* carpella sunt, ex icone Decaisneana (*Tr. gén.*, 178), lateralia.

227. Carpella 2 *Borraginearum* habent singula, e sententia Decaisnei (*Tr. gén.*, 179), « deux loges plus ou moins soudées, 1-ovulées ».

228. *Cordiarum* flores cymosi, sunt, docente Decaisneo, anno 1868 (*Tr. gén.*, 180), « paniculati, corymbosi v. nunc spicati ».

229. *Curtisia* Ait. est, fide Decaisnei, anno 1868, genus *Cunoniearum* (*Tr. gén.*, 262).

230. *Solanearum verarum*, i. e. *Solani*, *Capsici*, *Atropæ*, *Mandragoræ*, etc. placentatio axilis, est, e sententia Decaisnei, « centralis » (*Tr. gén.*, 184), quam axilem auctores omnes appellant. Multa enim de placentationis indole absonissima hinc et inde scripsit Decaisneus, placentam sic dictam « centralem » in germine 1-loculari solum observari posse penitus ignorans.

## DECAS IV.

231. *Rusci aculeati* ovulum est atropum, ex icone Decaisneana (*Tr. gén.*, 582) et micropyle infera destitutum.

232. Plantæ ejusdem, ex Decaisnei descriptione (*Fl. jard.*, 764), « ovarium 3-loculare ».

233. Plantæ ejusdem, ex opere eodem (765), flores « cærulescentes e spatha membranacea exeunt ».

234. Stylus constanter, ex Decaisneo, « simplex » in *Rubiaceis*, quas inter *Coprosma* ab eo enumeratur et delineatur (*Tr. gén.*, 159, 161).

235. *Fabianæ imbricatæ* « stigma obliquum » vidit Decaisneus (*Fl. jard.*, 228).

236. *Dispori* flores certe cymosi, a Decaisneo (*Tr. gén.*, 579) « racemosi » dicuntur.

237. *Gentianarum* antheræ, ex icone Decaisneana (*Tr. gén.*, 168, in diagramm.), sunt constanter extrorsæ.

238. *Fontanesia*, genus *Oleinearum*, corollam habet, suadente Decaisneo « valvatam » (*Tr. gén.*, 227), dum arcte imbricata certe sit.

239. *Jasminorum* ovula, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 228), « prima ætate ad basin septi appensa ».

240. *Crucianellarum*, teste Decaisneo (*Fl. jard.*, 185), « ovula campylotropa ».

---

## DECAS V.

241. De florum nonnullorum irregularitate et nectariorum simultanea præsentia, sententia Decaisnei (*Tr. gén.*, 59) : « Il est difficile de savoir si les nectaires sont la cause ou l'effet de cette irrégularité. »

242. *Gesneraceæ* inter alia a *Rubiaceis* distinguuntur, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 159), ovario 1-loculari.

243. *Bouvardiæ* styli rami, ex icone Decaisneana (*Tr. gén.*, 161), oppositipetali.

244. *Melastomacearum* calyx, e Decaisneo (*Tr. gén.*, 289), nunquam valvatus.

245. In racemis, spicis capitulisque flores inferiores semper ante superiores dehiscunt, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 29).

246. *Tropæolorum* petala sepalis semper numero æqualia, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 353).

247. *Oxalidearum* flores nunc « umbellati », teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 357).

248. Stamina *Rubiacearum* semper e Decaisneo (*Tr. gén.*, 159), « tubo v. fauci corollæ inserta ».

249. Sacculus amnioticus, Decaisneo monente (*Tr. gén.*, 107), est cellula nuclei, « qui se dilate, s'étend dans toute la longueur du nucelle et adhère, par les deux bouts, aux cellules environnantes ».

250. Ex Decaisnei diagrammate (*Tr. gén.*, 308), cæterum quam maxime erroneo, flos *Mimosæ pudicæ* perianthium habet simplex.

---

## DECAS VI.

251. *Colchicorum* bulbi sic dicti solidi indoles et natura, docente Decaisneo, anno 1868 (*Tr. gén.*, 11) : « Le bulbe est dit *solide* (*bulbus solidus*), quand les bases des feuilles sont très serrées et confondues avec le plateau, de sorte que celui-ci semble constituer la

presque totalité de la souche : c'est ce qu'on voit dans le *Colchique.* »

252. *Diervillarum* fructus capsularis et dehiscens, est, ex Decaisneo, *Caprifoliarum* omnium more, « baccatus » (*Tr. gén.*, 158).

253. *Linnæa borealis*, « fruticulus repens », est, fide Decaisnei, « herba » (*Tr. gén.*, 158).

254. *Linnææ* flores « 2-bracteati », ex Decaisneo (*Fl. jard.*, 180). Bracteæ autem sub flore 4 facile observantur.

255. *Rubiacearum* folia nunquam, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 158), vere verticillata.

256. Respirationis vegetabilium sedes, e Decaisneo (*Tr. gén.*, 118) : « L'action réciproque de la sève sur l'air et de l'air sur la sève, en un mot la respiration, s'exécute dans les cavités intercellulaires (*méats et lacunes*) ». Respiratione igitur carent plantæ meatibus et lacunis destitutæ.

257. *Umbelliferarum* embryo constanter, e Decaisnei sententia (*Tr. gén.*, 249), « rectus, minimus et apicalis ».

258. *Zygophyllorum* stamina in diagrammate erroneo Decaisnei (*Tr. gén.*, 359) haud squamulata.

259. *Rubiacearum* « stamina 4-6 », ex Decaisneo, anno 1868 (*Tr. gén.*, 158). Stamina tamen 2 in *Carlemannia*, *Silviantho*, etc. et « in *Praravinia* 8-12 » dicuntur.

260. *Ebenacearum* corollæ « æstivatio imbricata », secundum Decaisneum, anno 1868 (*Tr. gén.*, 222).

---

## DECAS VII.

261. Kali (gallice *Potasse*) haud per semetipsum solubile, ut e verbis Decaisneanis sat constat (*Tr. gén.*, 155) : « Les alcalis, et surtout la potasse, enfouis dans les terres labourables, peuvent devenir solubles par le mélange du plâtre avec ces terres. »

262. Germen ubi 1-ovulatum, ratio et causa est « abortus constans », docente Decaisneo (*Tr. gén.*, 53) : « L'ovaire est dit uniovulé lorsqu'il ne contient qu'un ovule : ce cas est regardé comme le résultat d'un avortement déterminé par des causes internes et constantes. »

263. *Arctostaphyli* germen « basi squamis 3 carnosulis cinctum », ex Decaisneo (*Fl. jard.*, 337).

264. *Oleinearum* omnium antheræ, docente Decaisneo (*Tr. gén.*, 227), « introrsæ ».

265. *Cornacearum* petala sunt, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 257), « calyci inserta ».

266. *Cephaloti* flores, fingente Decaisneo (*Tr. gén.*, 266), sunt « corymbosi ».

267. *Malpighiacearum* ovula « fere orthotropa » vidit Decaisneus (*Tr. gén.*, 323).

268. *Pavettarum* « flores corymbosi », teste Decaisneo (*Fl. jard.*, 183).

269. *Garryarum* raphe seminalis depressa, a Decaisneo dicitur (*Tr. gén.*, 255) « prominula ».

270. *Cornacearum* omnium, suadente Decaisneo (*Tr. gén.*, 257), « embryo albuminis longitudine æqualis ».

---

## DECAS VIII.

271. « Fibrina », docente Decaisneo (*Tr. gén.*, 114), plantæ partium omnium origo : « On peut la regarder comme l'origine de toutes les parties de la plante; elle y existe toujours. »

272. *Calthæ* folliculi sunt, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 77), « verticillati ».

273. *Monocotyledonarum* caulis est, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 101), quoad crassitudinem, « ordinairement à peu près égale en grosseur de la base jusqu'au sommet ».

274. *Callicarpa*, genus *Verbenacearum*, corollam habet, fide Decaisnei (*Tr. gén.*, 179), « valde irregularem ».

275. *Xerotidis* ovulum, e Decaisneo « prope basin loculi insertum, erectum » (*Tr. gén.*, 583), ab eo evidenter descendens depingitur.

276. *Liliacearum* omnium ovarii loculi, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 589), « pluri-multiovulati ».

277. *Rubiacearum* flores « rarissime incompleti », fide Decaisnei (*Tr. gén.*, 159). Genera tamen ad 40 ex auctoribus flores habent polygamos v. diœcos.

278. *Yuccæ gloriosæ* inflorescentia est, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 25), « racemus compositus ».

279. *Dianthi Caryophylli* carpella 2, e Decaisnei diagrammate (*Tr. gén.*, 73), sunt lateralia.

280. Stipulæ, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 253), in *Ara-*

*liaceis* nullæ. Attamen genera 27 uti stipulacea describunt cl. Bentham et Hooker (*Gen.*, I, 931-947).

---

## DECAS IX.

281. *Caprifoliacearum* semina, ait Decaisneus (*Tr. gén.*, 158), « testam osseam v. crustaceam » habent.

282. *Lonicerarum* flores sunt, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 157, in diagramm.), resupinati.

283. *Viburnorum* corolla, ex iconibus Decaisneanis (*Tr. gén.*, 156), gamopetala ; *Sambucorum* autem dialypetala.

284. « Æstivatione corollæ », fide Decaisnei (*Tr. gén.*, 155), *Valerianaceæ* a *Caprifoliaceis* distinguuntur.

285. Ovulum unicum, e Decaisneo (*Tr. gén.*, 153), *Dipsaceas* a *Caprifoliaceis* distinguit, dum ipse *Viburni* germen uniovulatum figuret.

286. *Sambucorum* omnium, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 157), « corolla imbricata ».

287. *Cuscutarum* calyx corollaque æstivatione imbricata, sunt, ex Decaisnei diagrammate (*Tr. gén.*, 172), in alabastro valvata.

288. *Moringarum* inflorescentiæ sunt, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 276), « racemi paniculati ».

289. Anno 1868 Decaisneus tot et tot labores recentiorum penitùs ignorans, *Vanillæ* fructum « cristallis acicularibus et nitentibus Acidi benzoici » farctum describit (*Tr. gén.*, 551).

290. Ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 538), semina licet constanter pericarpio destituta, ut sat notum, docente, *Tacci baccati* cupula carnosa (ex auctt. aut discus, aut arillus) est « fructus drupiformis ».

---

## DECAS X.

291. *Cryptogamarum* nonnullarum sporas Decaisneus, rebus diversissimis temere confusis, « mycelium » esse censet. E. g. *Ustilaginearum* massam sporarum in opere cl. Fischer de Waldheim (ex *Ann. sc. nat.*, sér. 6, IV, 196, etc.) nomine « mycelii », invito auctore, iterum iterumque vocavit. Permulta in cl.

auctoris eximio opere alteravit Decaisneus, ut sat patet ex enumeratione longissima *erratorum* paucis abhinc mensibus publicata.

292. *Ustilaginearum* mycelii filamenta certe intercellularia, Decaisneus (*loc. cit.*) « intracellularia » fingebat.

293. Inter alia *Celastraceæ* ab *Ilicineis* differunt, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 225), « ovulo erecto v. adscendente » 20 licet abhinc annis *Celastraceæ* multæ ovulis descendentibus, pendulis v. numero indefinitis donatæ ab auctt. nonnullis descriptæ sint.

294. *Loganiarum* embryonis, ex icone Decaisneana, ex opere cl. Bureau mutuata et alterata (*Tr. gén.*, 162), radicula est supera.

295. *Crypteronia* (quæ *Henslowia* Wallichio nec Blumeo), genus *Lythrariacearum* (Benth. et Hook., *Gen.*, I, 782), a Decaisneo inter *Saxifragaceas* anno 1868 enumeratur (*Tr. gén.*, 262).

296. Corolla valvata *Menyanthis* est, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 169), « induplicativa », papillis crassiusculis crebisque corollæ interioribus sane pro marginibus introflexis desumptis.

297. *Lonicera Ledebourii*, planta certe, e Chamisso aliisque, americana, est species, ex Decaisneo (*Fl. jard.*, 179), « austro-caledonica ».

298. *Menyanthis trifoliatæ* (plantæ vulgatissimæ et facile observandæ, de cujus calyce, insertione cæterisque

multa erronea evulgavit) perianthium, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 168), « hypogynum ».

299. *Solani* v. *Lycii* germinis loculos nulli calycis v. corollæ androcæive parti oppositos figurat Decaisneus (*Tr. gén.*, 184), cujus diagrammata ad *Dicotyledoneas-gamopetalas* spectantia pleraque erronea sunt.

300. « Decaisneus gonidia *Lichenum* sicut *Algas* admittens, ex sensu Schwendeneriano, declaravit : « Le parasitisme des Lichens paraît un fait parfaitement démontré », et « le mémoire de M. Bornet ne peut laisser aucun doute sur leur parisitisme » (*Bull. Soc. bot.*, 23 mai 1873). D^r Nylander hypothesin illam Schwendeneri esse « absonissimam » indicavit demonstravitque gonidia manifeste in cellulis thalli *Lichenum* oriri, nullumque adesse parasitismum. Decaisneus igitur etiam hic in summo errore versatur et de rebus loquitur sibi minime familiaribus; ignorantia parum juvat. » (Nyl.)

(*Mox sequetur.*)

PARIS. — IMPRIMERIE E. MARTINET, RUE MIGNON, 2

# ERRORUM DECAISNEANORUM

## GRAVIORUM VEL MINUS COGNITORUM

## CENTURIA QUARTA

AUCTORE

## H. BAILLON

« Materiæ tanta abundat copia labori faber ut desit, non fabro labor. »

### DECAS I.

301. Decaisneus nonnunquam unum e carpellis gynæcei pro flore toto sumpsit. E. g. quod *Ephippiandræ* « florem fœmineum » (*Tr. gén.*, 517, fig. inf. dextr. 3) appellat, mera pars unius e floris innumeris carpellis est. Error æqualis esset tyronis cujuslibet *Ranunculi* v. *Rosæ* carpella singula pro flore toto habentis.

302. Staminum insertionis locus in *Valerianaceis*, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 155) : « sur le tube de la corolle, au-dessous de son milieu ».

303. *Centranthi* stamen evolutum unicum, est, suadente Decaisneo (*Tr. gén.*, 155), « la postérieure seule développée ».

304. *Scabiosæ* stamen abortivum est, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 153, in diagramm.), unum ex anticis bracteæque antepositis.

305. Placentatio in *Dipsaceis*, nec in *Caprifoliaceis*, est, fingente Decaisneo (*Tr. gén.*, 153), « apicalis ».

306. *Dichondræ* corolla, ex Decaisnei diagrammate (*Tr. gén.*, 171), valvata.

307. Ejusdem germen totum, ex diagrammate, 2-ovulatum.

308. *Falkiæ* (herbæ humilis) indoles, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 171) : « le genre *Falkia* est constitué par un arbrisseau du cap de Bonne-Espérance. »

309. Plantæ ejusdem corolla, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 171), valvata.

310. *Valerianacearum* symetria floralis qualis a Decaisneo (*Tr. gén.*, 154) datur, omnino falsa. *Valerianæ* enim staminum inferiora 2, dum superiora sint, indicat, petalumque gibbositati superpositum superius.

---

## DECAS II.

311. *Centranthi* symetria (*loc. cit.*, in diagr. dextr.) adhuc falsior. Petali enim calcarati (deficit calcar) quoad bracteam locus haud bonus; ovuli insertio quoad dissepimentum falsa, necnon loculi fertilis quoad petalum exterius directio.

312. *Fediæ* symetria æqualiter falsa (*loc. cit.*, in diagr. infer.) quoad staminum 2 erga lobos corollæ et loculos germinis steriles locum erroneum. Loculi fertilis quoque locus quoad petala falsus.

313. *Calycerarum* stylum summo ovulo insidentem contiguumque figurat Decaisneus (*Tr. gén.*, 145).

314. Plantarum earumdem antheras sic dictas « 2-loculares », in diagrammate Decaisneus 1-loculares figurat.

315. Plantarum earumdem disci indoles, secundum Decaisneum (*op. cit.*, 146) : « ovaire.... couronné par un disque conique unissant la base de la corolle à celle du style, tapissant d'une lame fine le tube de la corolle, et se dilatant vers la gorge en 5 aréoles glanduleuses ».

316. *Hypoxidearum*, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 506), flores « solitarii, fasciculati v. paniculati, 1, 2-bracteolati. » Attamen *Hypoxeos erectæ*, plantæ ab eo figuratæ, flores vidimus cymosos; cyma pauciflora 1-para, et 1-bracteatos; bracteolis 0.

317. *Gentianæ* florem resupinatum, sepalo 1 antico, depingi curavit Decaisneus (*Tr. gén.*, 168).

318. *Pontederiæ cordatæ* flores (in cymas scorpioideas axi communi insertas dispositi) sunt, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 593), « spicati v. paniculati ».

319. *Ramondiæ* placentæ (intus contiguæ convexæque) sunt, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 176), longe remotæ et valde concavæ.

320. Plantæ ejusdem antheræ, ex Decaisneo (*Fl. jard.*, 258), « ab apice ad basin dehiscunt ».

---

## DECAS III.

321. *Eutoca viscida*, quæ petalis staminibusque gaudet exappendiculatis, habet, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 174), « filamenta staminum appendicibus » donata.

322. *Triglochinis* antheras, « extrorsas » dictas, Decaisneus introrsas delineavit (*Tr. gén.*, 643, fig. dextr. 2).

323. *Juncearum* ovula omnia aut erecta, aut adscendentia, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 595).

324. *Hydrophyllorum* corolla, fingente Decaisneo (*Tr. gén.*, 173), « imbricata ».

325. Plantarum earumdem placentas singulas ovula ultra 2 gerentes figuravit Decaisneus (*loc. cit.*, in germinis sectione longitudinali).

326. *Vallisneriarum* « ovula anatropa », e Decaisnei descriptione (*Fl. jard.*, 826).

327. *Viscariæ* stamina alternipetala oppositis minora sunt, ex Decaisnei diagrammate (*Tr. gén.*, 437).

328. *Pontederiarum* perianthium est, secundum Decaisneum, per æstivationem « tortum » (*Fl. jard.*, 765), « v. spiraliter involutum » (*Tr. gén.*, 593).

329. *Nierembergiarum* ab eo inter *Solanaceas* enumeratarum (*Tr. gén.*, 182) antheræ, fide Decaisnei, «introrsæ ».

330. *Gentianarum* placentæ haud laterales, ex diagrammate Decaisnei (*Tr. gén.*, 168).

---

## DECAS IV.

331. *Swertiæ* calyx (certe imbricatus) est, ex Decaisnei descriptione (*Tr. gén.*, 168), « valvatus v. tortus ».

332. *Commelynarum* flores (in cymas 1-paras dispositi) sunt, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 595), « fasciculati, umbellati v. racemosi ».

333. *Commelynarum*, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 595), constanter « ovula orthotropa ».

334. *Epimedii* gynæceum, secundum Decaisneum (in *Ann. sc. nat.*, sér. 2, II, 358), e foliis carpellariis 2 constat: « Deux folioles opposées, dont la plus inférieure, celle tournée du côté de l'axe, porte seule les ovules sur la nervure médiane; cette foliole a ses bords soudés avec une foliole de même nature qui se trouve placée en face. Il est facile de voir sur un jeune fruit à l'état vivant la disposition des nervures de ces deux pièces, qui, s'épanouissant en partant de la nervure médiane, vont s'arrêter à la ligne de jonction des deux folioles où se fera aussi la déhiscence du fruit. »

335. *Aceranthes* Decne est, ob petala ecalcarata, genus ab *Epimedio* distinctum.

336. *Spathii chinensis* Lour., scil. *Saururi Loureiri* sui Decaisneus antheras, ut eas specierum generis aliarum, « introrsas » credit (*Tr. gén.*, 501).

337. Ovulum in *Calycera*, ex Decaisnei diagrammate (*Tr. gén.*, 145), aut nullum, aut omnino centricum.

338. Plantæ ejusdem, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 146), « corolla disco epigyno inserta ».

339. *Calycerearum* staminum filamenta sunt, e verbis Decaisneanis (*Tr. gén.*, 146), « *soudés* au tube de la corolle dans toute sa longueur ».

340. Plantarum earumdem semper, secundum Decaisneum, « stigma globosum ».

---

## DECAS V.

341. *Calycereæ* sunt quædam, ut e verbis Decaisneanis constat, ab America australi exsules (*Tr. gén.*, 146).

342. Constanter a *Compositeis* discrepant *Calycereæ*, suadente Decaisneo, « par la monadelphie des filets ».

343. *Hypoxidearum* omnium ovula « semi-anatropa », fide Decaisnei (*Tr. gén.*, 565).

344. *Berberidopsis*, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 375, 377), antheras habet extrorsas.

345. *Vaccinium*, ex Decaisneo, loculos ovarii cum corollæ lobis habet alternantes (*Tr. gén.*, 236, in diagramm.).

346. *Calystegiæ sepium* antheras (in alabastro certe introrsas) Decaisneus extrorsas (*Tr. gén.*, 170, in diagramm.) depingi curavit.

347. *Limnanthemi* (*Villarsiæ*) *nymphoidis* calyx (imbricatus) est, fide Decaisnei (*Tr. gén.*, 168), « valvatus v. tortus ».

348. *Cuscutarum* flores (cymosi, cymis 1-paris) sunt, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 171), «capitati v. spicati et bractea una muniti».

349. *Stratiotis* inflorescentia mascula « 2-bracteata », ex Decaisneo (*Fl. jard.*, 826) bracteas plerasque prætervidente.

350. Ovuli in *Gramineis* et in *Compositis* solitarii causa, ex interpretatione Decaisnei (*Tr. gén.*, 73) : « C'est une *suppression* et non un *avortement.* »

---

## DECAS VI.

351. A plantarum fabricæ unitate abhorret *Viscum*, secundum Decaisneum (*Mém. Gui*, 7) : « La structure de l'anthère et de l'ovule dans le Gui, s'écarte sensiblement des lois générales qui *semblent* présider à l'organisation de ces parties dans les autres végétaux. »

352. *Visci* perianthii crescentis erga androcæum vis et indoles, teste Decaisneo (*Mém. Gui*, 13) : « On voit la portion extérieure verte ou calicinale s'accroître *pour ainsi dire* aux dépens du tissu de l'anthère. »

353. Antherarum *Visci* segmentationis modus, ex Decaisneo (*Mém. Gui*, 13) : « il (lobus androcæi) se trouve enfin

partagé *en plusieurs parties par des processus* qui, partant du calice, atteignent l'épiderme. »

354. Utriculi sic dicti pollinici in *Visco,* teste Decaisneo, origo : « La partie cellulaire de l'étamine..... nous offre des *sortes de lacunes* arrondies, plus transparentes, remplies par un liquide mucilagineux. Ces lacunes *semblent* être formées par *la destruction et l'écartement* du tissu utriculaire. »

355. Utriculi pollinici post pollinis formationem in *Visco* indoles, e verbis Decaisneanis (*Mém. Gui,* 15) : « L'utricule pollinique *semblait* avoir gardé sa ténuité et conservé toute sa transparence, quoique, d'après l'espace compris entre ses parois et la masse granuleuse arrondie, il *fût permis de la supposer* gorgée d'un suc plus dense que la masse centrale. »

356. Utriculorum eorumdem parietis in plantis omnibus incrementi causa, ex Decaisneo (*Mém. Gui,* 16) : « les parois qui jusqu'ici transparentes, étaient devenues opalines, et offraient sur leur contour des zones concentriques plus ou moins régulières, que *je crois devoir* attribuer à des épaississements successifs survenus *dans l'intérieur* de l'utricule, *peut-être aux dépens du mucilage* dont il était facile de reconnaître la présence. »

357. Granorum pollinis sejunctionis modus, ex Decaisneo (*loc. cit.*) : « Peu à peu cette matière (mucilage), s'interposant entre chacun d'eux, les isolait. »

358. Grana pollinis, ex Decaisneo (*loc. cit.*, 17), e granulis intracellularibus orta, modo sequente : « ces granules se réunir en masse compacte, *s'organiser* pour donner naissance à quatre corps indépendants. »

359. Utriculi pollinici e principio in *Malvaceis* valde crassi, teste Decaisneo : « *Il paraît que*, dans les Malvacées, les utricules polliniques ont, *dans le principe*, une épaisseur notable. » (*Mém. Gui*, 17.)

360. De puncti lucidi in granis pollinis origine, interrogat Decaisneus (*Mém. Gui*, 19) : « Ce point lumineux résulte-t-il du développement d'une petite *vésicule* centrale ? »

---

## DECAS VII.

361. « Vesiculam » (pollinis) sacculo amniotico Decaisneus hisce verbis adæquat (*loc. cit.*, 19) : « Dans ce cas, *ce serait* quelque chose d'analogue à ce qu'on remarque pour le sac embryonnaire de certains ovules, qui, refoulant le tissu du nucelle, vient s'appliquer contre ses parois. »

362. De pollinis granulorum interiorum mucositate superficiali dubitanter ait Decaisneus (*Mém. Gui*, 20) : « granules que *semble* lubrifier un liquide mucilagineux ».

363. *Rafflesiæ* germen, sicut *Visci*, cavum unquam negat Decaisneus (*Mém. Gui*, 22).

364. Organogenia sic a Decaisneo (*loc. cit.*) dicta germinis *Visci*, est evolutio fructus junioris.

365. Germinis loculi *Visci* origo, est, fingente Decaisneo (*Mém. Gui*, 23), cellularum massæ centralis disjunctio : « Cette division de la masse utriculaire centrale, primitivement bornée à la séparation de trois ou quatre utricules, s'est étendue de l'une à l'autre de ces petites cavités, et a formé au milieu de la masse utriculaire centrale, une disjonction *transversale* qui constituera *plus tard* la *loge* de l'ovaire. »

366. *Visci* germinis cavitas omnino eodem modo (« exactement de la même manière ») ac antherarum loculi, teste Decaisneo (*loc. cit.*, 23), formatur.

367. Germinis inferi situs, ex Decaisneo (*loc. cit.*), folium carpellarium priore ætate apertum observare prohibet : « ne permet pas de saisir la feuille carpellaire, ouverte et indépendante du calice, comme cela s'observe dans les ovaires supères ».

368. Ut ex hisce verbis Decaisnei sat constat, carpella juniora *Visci* nulla ætate a receptaculo (calyce) distincta sunt.

369. Cellulæ prius disjunctæ ovarii centralis *Visci*, mox iterum connectuntur, teste Decaisneo (*Mém. Gui*, 23) : « Les deux petites dislocations du tissu utriculaire, écartées dans le principe, s'étaient *rejointes pour constituer une partie utriculaire* transparente, entourée d'un cercle vert nettement indiqué. »

370. Inde censet Decaisneus *utriculum* posse e partibus diversis disjunctis moxque centripetis formari.

---

## DECAS VIII.

371. *Visci* germen, ætate quadam, secundum Decaisneum (*Mém. Gui*, 24), quodammodo septatum : « séparé au milieu en deux parties par une *espèce de cloison* formée de deux lames de couleur verte ».

372. Nucellum *Visci* omnino prætervidit Decaisneus (*loc. cit.*, 28).

373. Argumentum novum a Decaisneo (*loc. cit.*, 28) inventum ad incrementum centripetum vegetabilium demonstrandum : « les utricules nouvelles écartent les anciennes entre lesquelles s'en forment d'autres, et l'on a ainsi une preuve de plus à l'appui du développement centripète des végétaux. »

374. Embryonis *Visci* junioris situs, ex Decaisneo (*loc. cit.*, 28) : « presque en contact avec *ce qu'on peut nommer* l'épiderme. »

375. Ovula normalia inter se adhærentia plura admittit Decaisneus (*Mém. Gui*, 31) : « J'ai été assez heureux pour rencontrer à plusieurs reprises des *ovules à différents degrés de soudure*, et pour pouvoir lever tous les doutes à ce sujet. »

376. In *Visci* « nucello » cavitas nulla, ex Decaisneo (*loc. cit.*, 32) : « Le nucelle, composé d'un tissu utriculaire assez dense, homogène, ne m'a présenté aucune cavité au moment de la formation de l'embryon. »

377. Plantæ multæ, suadente Decaisneo (*loc. cit.*, 32), sacculo amniotico destitutæ : « On sait aujourd'hui que la présence du sac embryonnaire n'est point aussi générale *qu'on avait cherché* à l'établir. »

378. Ovula *Visci* sunt, teste Decaisneo (*Mém. Gui*, 25), « corpuscula 2, 3 pulposa ».

379. Sacculos amnioticos fertiles *Visci* Decaisneus (*loc. cit.*) semper pluricellulatos vidit.

380. Post rupturam, aquæ contactu, sacci amniotici *Visci*, causa trepidationis, suadente Decaisneo (*loc. cit.*, 26) : « C'est un véritable état de trépidation, occasionné par cette rupture des utricules et le rejet du phacocyste qu'elles renfermaient. »

---

## DECAS IX.

381. Sacculum amnioticum, quadam ætate omnino cavum ignorans, et pro parenchymate verisimiliter habens, sic : « petit mamelon pulpeux » iterum iterumque vocat Decaisneus (*loc. cit.*, 26).

382. Sacculi amniotici steriles *Visci* sunt, ex Decaisneō (*loc. cit.*, 27), « deux *corpuscules* ».

383. Ratio et causa quare, ex Decaisneo, sacculi amniotici pro ovulis habenda sunt (*loc. cit.*, 27) : « des sacs embryonnaires auxquels *on pourrait* les rapporter, si la *position* qu'ils occupent, le *système vasculaire qui les entoure*, et les *relations* avec les autres parties du fruit ne s'opposaient à cette manière de voir ».

384. In *Loranthis* nonnullis, fide Decaisnei (*Mém. Gui*, 34), « plusieurs tubes contribuent à la formation d'une seule vésicule embryonnaire ».

385. Embryonum *Visci* divergentia, ex Decaisneo (*loc. cit.*, 34), « tient, ou à ce que la *soudure* a eu lieu entre des nucelles de grandeur différente, ou au développement plus rapide de l'un d'eux après la réunion ».

386. Cotyledonum *Visci* per evolutionem incurvatio haud lenta, ex Decaisneo (*loc. cit.*, 34) : « ceux-ci se recourbent *brusquement* ».

387. Ovulum integumentis destitutum chalaza nunc donatum est, suadente Decaisneo (*loc. cit.*, 34).

388. Embryonis exitùs in *Visco*, fingente Decaisneo (*loc. cit.*, 35), causa : « Au moment où l'embryon vient à se former, il éprouve quelque résistance de la part des tissus sur lesquels il *s'appuie* et se trouve ainsi *repoussé* au dehors. »

389. De suspensorio cito evanido Decaisneus (*loc. cit.*, 35) : « on ne trouve *jamais de trace* de fil suspenseur au mo-

ment où la radicule commence à offrir des indices d'une coloration verte ».

390. *Visci* fructus « epidermis », observante Decaisneo, vascularis (*loc. cit.*, 35) : « parcouru par des vaisseaux où dans le principe nous n'avions pu en découvrir ».

---

## DECAS X.

391. Cavitatis germinis *Visci* formationis tempus, ex Decaisneo (*loc. cit.*, 38) : « même après l'émission du pollen ».

392. De tubi pollinici præsentia ad *Visci* fecundationem necessaria dubitanter loquitur Decaisneus (*loc. cit.*, 38).

393. Corpuscula sic dicta ovulorum nonnullorum (*Coniferarum*, *Loranthacearum*, etc.) parenchymati dicto « tissu conducteur » (*Statices*, *Euphorbiarum*, etc.) evidenter Decaisneus (*loc. cit.*, 38) adæquat.

394. Papillæ placentariæ constanter, teste Decaisneo (*Mém. Gui*, 39), liquorem mucilagineum, ut stigmatosæ, producunt.

395. *Hydrocharidis* germen, ob materiam mucilagineam inclusam, suadente Decaisneo (*loc. cit.*, 40), tubi pollinici intus haud penetrant.

396. Papillarum germinis interiorum usus, secundum Decaisnei hypothesin (*loc. cit.*, 40) : « elles *peuvent* être destinées à transmettre à l'ovule le *fluide* fécondant. »

397. Quoad vittas germini interiores hypothesis Decaisneana eadem (*loc. cit.*) : « Il serait *peut-être permis de supposer* qu'elles servent à diriger le *fluide* fécondant. »

398. Tubi pollinici ad fecundationem necessitas haud constans, docente Decaisneo : « Si, dans *certaines* familles de plantes, la présence de tubes polliniques est de toute évidence, il ne s'ensuit cependant pas que ce mode de fécondation soit général. » (*Loc. cit.*, 41.)

399. *Viscum* et *Loranthi* sunt, fide Decaisnei (*loc. cit.*, 41), « plantæ apetalæ ».

400. « *Viscineæ* » sunt, ex Decaisneo (*loc. cit.*, 41), « pourvues d'un ovaire uniloculaire renfermant trois ovules ».

(*Mox sequetur.*)

PARIS. — IMPRIMERIE E. MARTINET, RUE MIGNON, 2

# ERRORUM DECAISNEANORUM

## GRAVIORUM VEL MINUS COGNITORUM

## CENTURIA QUINTA

AUCTORE

**H. BAILLON**

« Materiæ tanta abundat
copia labori faber ut desit,
non fabro labor. »

### DECAS I.

401. Decaisneus nonnunquam stamina pro petalis sumpsit. E. g. *Stiftiam*, *Compositearum* genus, describens (*Rev. hort.*, IX, 211), hisce verbis utitur : « Le genre *Stiftia* offre un caractère qui ne se présente ni dans l'immense groupe des Composées, ni dans aucune autre famille. Ce caractère, quoique très saillant, a échappé aux botanistes..... On sait que le tube de presque tous les fleurons *réguliers* des Composées offre cinq nervures qui aboutissent à l'échancrure ou au sinus de ces divi-

sions, qu'elles s'y bifurquent pour constituer une sorte d'ourlet sur le bord des lobes..... Les corolles du beau genre *Stiftia* présentent ce caractère..... ; mais les nervures, au lieu de rester simples et de se porter du tube sur les bords du limbe, *se dédoublent* et se détachent à l'origine des sinus pour former ainsi à chacun d'eux une sorte de vrille fort longue, qui s'enlace autour du tube staminal. La corolle des *Stiftia*..... présente donc, lorsqu'on l'ouvre, dix divisions, dont cinq extrêmement étroites, capillaires, en forme de vrille, alternant avec les cinq lobes de la corolle enroulés sur eux-mêmes. L'exemple unique d'une corolle munie de *tels appendices* mérite d'autant plus d'être signalé, que ce caractère, particulier aux deux *Stiftia* connus, servira à les faire connaître, pour ainsi dire, à la première vue. » Sat unde patet (præter errores alios) appendices tales corollæ mera esse staminum filamenta.

402. *Cordiarum* germen, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 180), « 4-8-loculare ».

403. In plantis iisdem, suadente Decaisneo (*loc. cit.*), stamina semper 5.

404. *Lonicerarum* fructuum 2-natorum indoles, docente Decaisneo (*Tr. gén.*, 82) : « Le fruit se compose de deux baies, *d'abord libres, qui se soudent ensuite.* »

405. *Cneori* carpella, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 368), « libres ou presque libres ».

406. *Labiatarum* germinis lobi 4 sunt, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 204), loculis legitimis æquales : « à 4 lobes ou loges ».

407. *Evonymi* arillodium, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 86), « *se soude* dès le principe avec le funicule, et semble en être une dépendance ».

408. *Calystegiæ sepii* germinis septum, omni ætate valde incompletum, Decaisneus (*Tr. gén.*, 170, in diagramm.) omnino completum fingit.

409. *Tradescantiæ virginicæ* L. flores (cymæ 1-paræ) sunt, fide Decaisnei (*Fl. jard.*, 769), « umbellati v. racemosi ».

410. *Umbelliferarum* mericarpia intus dehiscunt, suadente Decaisneo (*Tr. gén.*, 80) : « n'ont d'autre ouverture qu'une fente étroite, qui était primitivement occupée par l'axe filiforme ».

---

## DECAS II.

411. *Phaceliæ, Hydrophylli*, etc. staminum filamenta « basi appendicibus variis munita » sunt, ex Decaisneo (*Tr.

*gén.*, 174) squamas ante corollæ lobos 2-natas ad androcæum tribuente.

412. Ramorum directionis causa, docente Decaisneo (*Tr. gén.*, 13) : « Les rameaux ont une direction qui dépend de celle des feuilles à l'aisselle desquelles ils sont nés. »

413. *Physalis Alkekengi* fructum, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 81), habet « qu'on peut indifféremment nommer *baie* ou *capsule* ».

414. *Labiatarum* ovula sunt, fide Decaisnei (*Tr. gén.*, 203, 204), « erecta ». Ea *Teucrii* nihilominus potius descendentia (fig. infer. sinistr. 3) figurat.

415. *Leycesteriæ* corollæ « tubus basi gibbosus », ex Decaisneo (*Fl. jard.*, 179).

416. *Eupomatiæ* stylorum indoles, e Decaisnei sententia (*Tr. gén.*, 382) : « Les styles sont *soudés* en masse terminée *par un stigmate plane*, creusé d'alvéoles en même nombre que les carpelles. »

417. *Eriobotryæ* seminum et *Cratægi* fabrica haud eadem, ex Decaisneo (*Olin.*, 6) : « Les graines de l'*Eriobotrya* ne peuvent être assimilées à celles du *Cratægus*. »

418. *Oliniæ* (*Plectroniæ*) ovulorum micropyle haud exterior, affirmante iterum Decaisneo (*Olin.*, 7) : « ni à micropyle dirigé en dehors ».

419. Squamulæ *Oliniarum* floris haud valvatæ, ex Decaisneo (*Olin.*, 8), « mais quinconciales ou imbriquées ».

420. Inde patet Decaisneum præflorationem quincuncialem ab imbricatione diversam habere.

---

## DECAS III.

421. Ex Decaisneo (*Olin.*, 8), in *Olinia* « le tube calicinal se coupe circulairement au-dessus de l'ovaire après la fécondation ».

422. *Oliniarum* stamina, secundum Decaisneum (*Olin.*, 9), « sessilia ».

423. Connectivum *Oliniarum* ab anthera distinctum est, fide Decaisnei (*loc. cit.*, 9) : « leurs anthères sont étroitement appliquées sur un connectif épais ».

424. Ovarii *Oliniæ* loculos cum loculos dimidios Decaisneus confundit (*Olin.*, 10) : « A l'origine, les loges sont *uniloculaires;* mais elles ne tardent pas à devenir 2-*loculaires.* »

425. *Narcissi* et *Pancratii* perianthium totum Decaisneus (*Olin.*, 11) « corollam » appellat.

426. Ovulum *Oliniæ*, in opere dicto *Histoire des plantes* (VI, 441, fig. 426) « pendulum micropyle introrsa » delineari, vix pudenter contendit Decaisneus (*Olin.*, 7).

427. Haud pudentius contendit Decaisneus (*loc. cit.*) sese ovulum sic dictum *pendulum* ab ovulo *suspenso* distinguisse. Legitur enim (*Tr. gén.*, 83) : « la graine est dite *pendante* ou *suspendue* (*semen pendulum*) lorsque, etc. » ; imoque : « tous les termes indiquant la position de la graine s'appliquent pareillement aux positions de l'ovule ».

428. Pollinis forma triangularis in *Myrtaceis* characterem constantem esse censet Decaisneus (*Olin.*, 9).

429. *Labiatarum* antheræ omnes « 2-loculares », teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 204).

430. Parenchymatis origo, docente nuperrime Decaisneo (*Man. amat. jard.*, I, 9) : « Au moment de *leur naissance*, les cellules d'un même tissu sont continues les unes avec les autres ; elles ressemblent à de *simples lacunes creusées* dans une gangue homogène et tout d'une venue. »

---

## DECAS IV.

431. *Tuberorum cibariorum* origo, suadente Decaisneo (*Man. amat. jard.*, I, 159) : « On ne peut expliquer que par l'excrétion radiculaire la formation des Truffes, qui ne

se développent jamais qu'au voisinage des racines de certains arbres et surtout du Chêne. »

432. *Olacinearum* germinis dissepimenta, sunt, ex Decaisneo (*Mém. Gui*, 42), « le développement du tissu utriculaire de l'endocarpe ».

433. Carpellorum juniorum sulcus tenuis interior mediusque est eorum margo, suadente Decaisneo (*Bull. Soc. bot. de Fr.*, IV, 340) : « Presque dès l'instant de leur apparition, on voit se dessiner, sur celle de leurs faces qui regarde le centre du bouton, une légère rainure, *indice de la ligne de jonction* de la feuille carpellaire. »

434. Loculorum numerus in germine *Cruciferarum*, e definitione Decaisneana (*Tr. gén.*, 413), anno 1868 : « Ovaire sessile, 2-loculaire (rarement 1-loculaire). »

435. Petala omnia ætate quadam viridia et disciformia sunt, docente Decaisneo (*Tr. gén.*, 104) : « Le petit mamelon cellulaire qui constitue chacun d'eux s'élargit en un *disque d'un vert plus ou moins foncé.* »

436. Ovulum in *Phloxide* « erectum », ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 172), hilo lineari verticali secundum marginem ventralem insertum (in *P. Drummondi*) videre est.

437. Plantæ ejusdem inflorescentia cymosa centrifuga, est, secundum Decaisneum (*Fl. jard.*, 205), « corymbosa v. paniculata ».

438. Sepala *Triglochinis* Decaisneus (*Tr. gén.*, 643) « squamas antheriferas » appellat.

439. De calyce *Melastomacearum* Decaisnei sententia (*Man. amat. jard.*, 314) : « campanulé, à dents plus ou moins longues, souvent doubles, c'est-à-dire formées chacune de deux lobes *superposés*, l'un extérieur et l'autre intérieur. »

440. *Onagraricarum* ovula, docente Decaisneo (*Tr. gén.*, 281), « nunc pendula ».

---

## DECAS V.

441. Connectivi substantia, censente Decaisneo (*Tr. gén.*, 105) : « formé par des cellules qui ont la consistance d'un tissu glanduleux ».

442. *Taraxaci* bracteæ involucri exteriores constituunt, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 138), « calyculum ».

443. *Rapunculi* flos, e Decaisnei diagrammate (*Tr. gén.*, 151), resupinatus.

444. *Lobeliæ* autem flos, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 149), haud resupinatus.

445. Carpellorum singulorum in *Borragineis* indoles, e descriptione Decaisneana (*Tr. gén.*, 179) : « à deux loges plus ou moins *soudées*, 1-ovulées ».

446. Gynæcei insertio in plantis iisdem, docente Decaisneo (*loc. cit.*) : « inséré sur une colonne centrale (*gynobase*), constituée par le *style*, qui s'épaissit à sa base en se *soudant* avec le réceptacle (*gynophore*) ».

447. Inflorescentiæ *Cerinthes* natura, ex Decaisneo (*Fl. jard.*, 213) : « fleurs en grappes formant *presque* une cyme ».

448. *Mesembryanthemi crystallini* epidermidis « vesicularum » character, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 270) : « contenant un *principe gommeux* insoluble dans l'eau ».

449. *Callitrichinearum* ovuli micropyle, docente Decaisneo, anno 1868 (*Tr. gén.*, 285), « latéral et interne ».

450. *Icacinearum* ovula, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 475), « *pendants* au *sommet* de la loge ovarienne ».

## DECAS VI.

451. *Ericacearum* et *Vacciniearum* placentatio, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 236, 237), « centralis ».

452. *Pittosporearum* omnium « germen 5-loculare », teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 240).

453. *Ampelidearum* sicut *Rhamnearum* corollæ insertio, suadente Decaisneo (*Tr. gén.*, 245) : « sur un disque périgyne ».

454. *Rhamnearum* albumen « peu abondant », secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 246), semen fere totum in figura data implet.

455. *Baphia*, genus *Sophorearum*, est et nunc Decaisneo (*Man. amat. jard.*, I, 301) « *Swartziea* ».

456. *Subulariæ* (inter *Cruciferas* enumeratæ) petala, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 414), « hypogyna ».

457. *Lini* mucilaginis origo, docente Decaisneo (*Tr. gén.*, 356), est « testa coriacea ».

458. *Bruniæ* ovarii dissepimentum, ex icone Decaisneana (*Tr. gén.*, 247), obliquum.

459. *Cerinthes* calyx, ut *Borragineαrum* cæterarum, docente Decaisneo (*Tr. gén.*, 179), « monosepalus ».

460. Ejusdem corolla, ex Decaisnei diagrammate (*loc. cit.*, 178), stricte torta.

## DEÇAS VII.

461. Carpella *Cerinthes*, ex analysi Decaisneana, lateralia nullumque sepalo 2 antepositum (*Tr. gén.*, 178).

462. Ejusdem ovula, ex Decaisneo (*loc. cit.*, 179), « suspendus ».

463. *Rhipsalis*, genus *Cactearum*, habet, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 272), « semina globosa v. ampullacea ».

464. *Cactearum* inflorescentiæ character, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 270) : « fleurs naissant au sommet ou à l'aisselle d'un rameau avorté ».

465. Petalorum insertionis locus in *Onagrarieis*, suadente Decaisneo (*Tr. gén.*, 280) : « naissant au sommet de la gorge du calice ».

466. Spicarum sic dictarum compositarum spiculæ sunt constanter, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 27), « distichæ ».

467. Granorum amyli genesis, secundum Decaisneum, anno 1868 (*Tr. gén.*, 94) : « Ainsi le grain de fécule s'est développé de dedans en dehors, c'est-à-dire à l'inverse de la cellule qui le contient. »

468. Decaisneo docente, anno 1868, in radice medulla nulla : « elle n'offre ni moelle centrale, ni étui médullaire, et..... son axe est occupé par des *fibres ligneuses;* ce fait est *à peu près sans exception.* » (*Tr. gén.*, 102.)

469. *Monocotyledonearum* radicum structura, fide Decaisnei, anno 1868 (*Tr. gén.*, 102) : « leur structure anatomique est exactement semblable à celle des tiges ».

470. *Visci* ovulum est, ex icone Decaisneana (*Tr. gén.*, 106, fig. 712), ovoideum nisique ima basi liberum.

---

## DECAS VIII.

471. *Calycanthearum* stamina, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 297), hinc « calyci inserta », inde « insérées sur un anneau charnu tapissant la gorge du calice ».

472. *Rosmarini* inflorescentia, fide Decaisnei (*Fl. jard.*, 280) : « fleurs axillaires, rapprochées, presque sessiles ».

473. *Cestrorum* ovuli micropyle supera, ex observatione Decaisnei (*Tr. gén.*, 186, fig. infer. sinistr.).

474. *Fontanesia*, genus *Oleinarum*, habet, suadente Decaisneo (*Tr. gén.*, 227), ovarii loculos 2- v. raro 3-ovulatos.

475. Ejusdem cotyledones vidit Decaisneus (*loc. cit.*) « foliaceas ».

476. Decaisneus in summo *Compositarum* germine discum nectariumque distinguit : « ovaire..... couronné d'un disque annulaire qui entoure un nectaire concave » (*Tr. gén.*, 139).

477. Plantarum earumdem in floribus masculis constanter, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 139), « stylus indivisus ».

478. *Gentianeæ* inter alia a *Loganiaceis* discrepant, sensu Decaisneano (*Tr. gén.*, 163), « ovulo anatropo ».

479. *Fagreæ* corollæ æstivatio, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 163), « convolutiva », est certe torta.

480. *Usteriæ* corolla (in alabastro valvata v. subreduplicata) est, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 163), « convolutiva ».

---

## DECAS IX.

481. *Strychni*, *Antoniæ* et *Spigeliæ* corolla (constanter valvata) nunc est, teste Decaisneo, « torta » (*Tr. gén.*, 163).

482. *Opiliarum* ovulum « suberectum basilareque », ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 475).

483. Veneficium sic dictum *Ourari*, apud Americanos, inter alia, cum fructu *Anamirtæ Cocculi* (« *Coque du Levant* »), scilicet stirpis asiaticæ confectum censet Decaisneus (*Tr. gén.*, 163).

484. *Ailanti* gynæcei fabrica, suadente Decaisneo (*Tr. gén.*, 367) : « Pistil formé de cinq carpelles *adnés.* »

485. In *Xanthoxyli* flore fœmineo carpella Decaisneus (*Tr. gén.*, 365) sepalis opposita figurat.

486. Stamina *Quassiæ*, e Decaisnei diagrammate (*Tr. gén.*, 367), squamis destituta.

487. *Pterisanthis* inflorescentiæ indoles, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 245) : « les femelles sessiles sur le disque ».

488. *Polygonearum* flores nunc, suadente Decaisneo (*Tr. gén.*, 457), « verticillati ».

489. *Mesembryanthemarum* character, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 270) : « folia normalia ».

490. *Quassiæ* ovaria 5, e Decaisnei diagrammate (*Tr. gén.*, 367), haud libera.

## DECAS X.

491. *Malpighiacearum* seminum, suadente Decaisneo (*Tr. gén.*, 323), « testa duplex ».

492. *Caraparum* germinis loculi, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 319), « 1-2-ovulati ».

493. *Lecostemon*, genus calice corollaque donatum, staminibus crebris perigynis germineque 2-ovulato, est, suadente Decaisneo (*Compt. rend.*, LXXIII, 1144), « *Nyctagineis* proximum ».

494. *Compositarum* omnium ovulum, fide Decaisnei (*Tr. gén.*, 139), « erectum ».

495. *Styracearum* omnium, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 230), « ovula superiora pendula ».

496. *Diervillarum* fructus (sæpe capsularis) est, fide Decaisnei (*Fl. jard.*, 179), semper « baccatus ».

497. *Callunæ vulgaris* loculi, teste Decaisneo (*Fl. jard.*, 333), « 2-ovulati ».

498. *Helwingiearum* locus in systemate, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 254) : « en regard des Araliacées ».

499. De *Selaginearum* patria Decaisneus (*Tr. gén.*, 210) : « *Toutes* les Sélaginées habitent le cap de Bonne-Espérance. »

500. Hasce litteras accepimus a botanico massiliensi : « Quoniam tibi in mentem venerit innumeros errores Decaisneanos præclaros agere, tibi notum esse volo monstrosissimum totius ejus libri » (*Tr. gén.*, 126) : « La lumière retarde la germination, et cette influence nuisible provient de ce que, provoquant la décomposition de l'acide carbonique, *elle empêche la formatio de ce gaz* » ; et imo : « Quand les circonstances favorables à la germination sont réunies, la graine absorbe l'eau qui *pénètre dans son tissu avec l'oxygène qu'elle tient en dissolution* (Misodecaisneos). »

(*Mox sequetur.*)

PARIS. — IMPRIMERIE E. MARTINET, RUE MIGNON, 2

# ERRORUM DECAISNEANORUM

## GRAVIORUM VEL MINUS COGNITORUM

## CENTURIA SEXTA

AUCTORE

**H. BAILLON**

« Materiæ tanta abundat copia labori faber ut desit, non fabro labor. »

### DECAS I.

501. Decaisneus nonnunquam semen pro ovulo indeque pro germine fructum sumpsit. E. g. quod *Tagetis* « ovulum » (*Tr. gén.*, 142, fig. 48) appellat, est, ob embryonem jam evolutum, semen. Eodem loco (p. 293), quod *Calycothrycis* uti « ovula placentæ basilari filiformi affixa » describit, sunt certe semina, embryone perfecte evoluto, etc., etc.

502. Ovula *Plantaginum*, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 214), sic inserta : « fixés par leur face ventrale au mi-

lieu des loges pluriovulées ou au fond des loges 1-ovulées. »

503. In generis ejudem sectionibus quibusdam, species fere tot quot specimina in herbariis exstantia describebat Decaisneus (*Prodr.*, XIII).

504. Constanter *Melanthaceæ*, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 580), a *Junceis* et *Liliaceis* discrepant « antherarum directione ».

505. Antheræ *Trillii* sunt, e Decaisnei (*Tr. gén.*, 582) diagrammate, extrorsæ.

506. De *Cubebæ* usu medicinali (absonissime, ut solet) scribens Decaisneus (*Tr. gén.*, 503), medicamen docet esse « antisyphiliticum ».

507. *Ruscorum* antheræ, e definitione Decaisneana (*Tr. gén.*, 581), « introrsæ ».

508. *Streptopi amplexifolii* ovula, e descriptione Decaisneana (*Tr. gén.*, 582), « semi-anatropa ».

509. Plantæ ejusdem, teste Decaisneo (*Fl. jard.*, 763), sepala interiora (dorso convexa, margine incurvo), sunt « plicato-carinata ».

510. Ejusdem quoque, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 582), « flores axillares ».

## DECAS II.

511. E diagrammate Decaisneano (*Tr. gén.*, 177), corollaque staminaque *Boraginis* appendicibus omnino destituta.

512. *Eupatoriacearum* capitula (homogama) sunt, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 145), « généralement radiés ».

513. Sepala floris cujuslibet sunt prima ætate, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 104), « réunis à leur base par un anneau ou bourrelet appartenant au réceptacle ».

514. In *Sesami* flore, e diagrammate Decaisnei (*Tr. gén.*, 199), staminodium posticum 0.

515. Flos *Æsculorum*, ex opere Decaisneano (*Tr. gén.*, 325, in diagramm.), est resupinatus.

516. *Droserarum* ovulorum directio, docente Decaisneo (*Tr. gén.*, 404) : « généralement dressés ou ascendants ».

517. De *Mororum* sepalis Decaisneus (*Tr. gén.*, 76), propter hoc quod sub maturitate succosa evadunt : « On peut donc les regarder comme appartenant au fruit. »

518. *Orobi* cæteræque *Leguminosæ*, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 72), stamina 10 habent in verticillum unum (floris tertium) disposita.

519. *Nyctagynis* induviei, circa fructum persistentis et pericarpium ludentis, indoles secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 75) : « La base du périanthe pétaloïde enveloppe l'ovaire et simule *un des téguments de la graine.* »

520. E Decaisnei doctrina (*Tr. gén.*, 277), in *Violarieis* insertio est « perigyna ».

---

## DECAS III.

521. *Erythroxyli* semina micropylen habent, ex icone Decaisneana (*Tr. gén.*, 321, sect. fructus), ventralem.

522. *Papaveracearum* stigmatis lobi constanter tot quot placentæ, docente Decaisneo (*Tr. gén.*, 410).

523. *Cruciferarum* germen, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 413), « 2-loculare, raro 1-loculare ».

524. De *Asteliearum* affinitatibus Decaisneus (*Tr. gén.*, 569) : « Les *Astéliées* ne sont liées étroitement à aucune famille. »

525. *Compositarum* styli ramos hinc Decaisneus « stigmata » sæpius appellat (*Fl. jard.*, 110-120), dum inde fateatur ipse stigmata vera ramis hisce interiora esse (*Tr. gén.*, 139) : « parcourues sur le rebord de leur face interne par deux étroites bandes glanduleuses (*glandules stigmatiques*) constituant le véritable stigmate ».

526. *Papaveracearum* flores « lutei, rubri v. rarissime cœrulei », ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 410), nec, ut videtur, albi.

527. *Melampyri* ovulum utrumque prope septi basin insertum, docente Decaisneo (*Fl. jard.*, 252).

528. *Platanorum* flos masculus, ex icone Decaisneana (*Tr. gén.*, 519), anno 1868, e stamine constat unico.

529. Eorumdem albumen, ex Decaisneo (*loc. cit.*), « nullus v. subnullus ».

530. *Tami communis* antheras sic describit Decaisneus (*Fl. jard.*, 740) : « introrses, à deux loges opposées ».

---

## DECAS IV.

531. Plantæ ejusdem inflorescentia est, ex Decaisneo (*loc. cit.*, 740), simpliciter « racemosa ».

532. Ejusdem et omnium *Dioscorearum* staminum insertio, e Decaisnei sententia (*Tr. gén.*, 576) : « insérées à la base des divisions du périanthe ».

533. *Onagrariearum* folia constanter, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 280), stipulis destituta.

534. *Hydrangeæ* calycis, e Decaisnei diagrammate (*Tr. gén.*, 263), sepalorum nullum exacte posticum, v. loculo cuilibet germinis oppositum.

535. Generis hujusdem floris sterilis calyx petaloideus, ex Decaisneo (*loc. cit.*), e verticillis 2 constat; interiore incompleto.

536. *Cupuliferarum* et *Rosacearum* affinitas, e sententia Decaisnei (*Tr. gén.*, 526), evidentissima : « Elles offrent avec les *Pomacées* une affinité manifeste. »

537. Cupula stipitata summi achænii *Cichoriacearum* est, fide Decaisnei (*Arch. bot.*, I, 513), « discus ».

538. *Paridis polyphyllæ* germen, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 582), in sectione transversali 1-loculare, placentis parietalibus, est, ex ejusdem diagrammate, 5-loculare, placentis axilibus.

539. *Hedychii Gardneriani* flos, ex diagrammate Decaisneano (*Tr. gén.*, 556), stamina exteriora 3 (staminodia) interioraque alterna 3 habet.

540. De radicis evolutione et de absorptionis loco et ratione sententia Decaisnei, anno 1868 (*Tr. gén.*, 102) : « Le développement de la racine s'effectue par l'extrémité de ses rameaux, mais non par ses fibrilles qui sont caduques, et comme les cellules récemment nées n'ont pas encore leur épiderme formé, on conçoit que les

racines absorbent l'humidité du sol par le bout de leurs dernières ramifications autant que par leurs fibrilles. »

---

## DECAS V.

541. *Schizandrarum* embryo, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 378), « basilaris ».

542. *Valerianearum* fructus, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 81) : « Parmi les capsules *indéhiscentes* et réduites par avortement à une seule graine, il faut aussi ranger les fruits des *Fedia* et autres Valérianées, que l'on désigne quelquefois sous le nom d'*akènes.* »

543. De *Tagetis* involucro Decaisneus (*loc. cit.*, 150) : « Une sorte de véritable *calice* campanulé, à cinq dents, à l'intérieur duquel on voit 5 fleurs. »

544. Earumdem plantarum inflorescentiæ modus, ex Decaisneo (*loc. cit.*) : « 5 fleurs ligulées (rayons) disposées en quinconce, comme le seraient les pétales d'une Rosacée ou d'une Renonculacée. »

545. *Compositarum* capituli indoles, secundum Decaisneum (in *Dict. d'Orb.*, V, 149) : « La manière la plus simple

et *la plus vraie* de considérer l'inflorescence ordinaire des Composées est de *supposer* que les rameaux qui portent les capitules sont, *en type normal*, composés d'un grand nombre de pédicelles uniflores *fortement soudés*..... Ainsi *soudés*, ces pédicelles forment un réceptacle », etc.

546. Inde de alveolarum receptaculi natura Decaisneus (*loc. cit.*) : « alvéoles *déterminées* par les *sommités* des pédicelles *soudés* ».

547. *Cichoriacearum* summæ corollæ crassitudinis causa, sensu Decaisneo (*Arch. bot.*, I, 512) : « L'épaississement que présente l'extrémité des pétales paraît plutôt dù au mode de préfloraison valvaire qu'à un organe particulier ou à une sécrétion. »

548. *Batidis* ovuli micropyle, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 454), nunc extrorsum, nunc autem (in inflorescentia eadem) introrsum spectat.

549. *Scopoliæ orientalis* corolla (certe imbricata) est, secundum Decaisneum (*Fl. jard.*, 226), « plicata ».

550. Ejusdem discus, teste Decaisneo (*loc. cit.*), « 10-sulcus et 5-dentatus ».

## DECAS VI.

551. *Anchusarum* inflorescentiæ indoles, e definitione Decaisneana (*Fl. jard.*, 216) : « fleurs en grappes munies de bractées ».

552. *Cordiarum* ovula, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 180), « appensa v. erecta, anatropa ».

553. Earumdem corolla constanter torta eas a *Borragineis* distinguit, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 179) : « La diagnose réside principalement dans la préfloraison tordue des Cordiacées », etc.

554. Decaisneus ante suam *Reæ* descriptionem (*Arch. bot.*, I, 509) nullam *Compositam* caule lignoso americanam notam fuisse censebat.

555. *Smilacis* inflorescentiæ sunt, e definitione Decaisneana, anno 1868 (*Tr. gén.*, 580), « umbellæ ».

556. *Carduorum* et *Carducarum* plerarumque styli indoles, ex Decaisneo (*Fl. jard.*, 110-120) : « style renflé en nœud à son sommet ».

557. *Mandragoræ* corolla (certe imbricata) est, e charactere libri Decaisneani (*Tr. gén.*, 182), in æstivatione

« plicata, torta, induplicata v. valvata ». Error auctoris quoad *Solanaceas* multas alias idem est.

558. *Lamii* flores, e diagrammate Decaisneano (*Tr. gén.*, 203), disco omnino destituti.

559. Corolla *Myosotidis*, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 177), in alabastro « imbricata ».

560. *Loganiacearum* calyx, ubi gamosepalus, est, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 162), « valvatus ».

---

## DEÇAS VII.

561. *Vitis* gynæceum carpella 2 habet lateralia, ex icone Decaisneana (*Tr. gén.*, 244).

562. *Compositæ* forte, e sententia Decaisnei (*Tr. gén.*, 144), « *Classem* potius quam *Familiam* constituunt ».

563. *Salicis* et *Populi*, ex iconibus Decaisneanis (*Tr. gén.*, 522), placentæ laterales.

564. *Salicis* staminum insertio, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 521) : « naissant au centre du torus ».

565. *Populorum* perianthium breve glandulæ *Salicis* adæquans, Decaisneus (*Tr. gén.*, 521) hisce verbis utitur : « *Torus* ou disque hypogyne, glanduliforme ou urcéolé. »

566. *Syringarum* ovuli, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 227), « raphe dorsalis ».

567. Earumdem, ex Decaisnei iconibus (*Tr. gén.*, 226, in diagramm.), sepala libera.

568. Earumdem quoque, docente Decaisneo (*Tr. gén.*, 227), « antheræ introrsæ ».

569. De *Rhodeæ* æstivatione Decaisneus (*Tr. gén.*, 584) : « périanthe à préfloraison valvaire ».

570. *Polygonatorum* ovula sunt, e descriptione Decaisneana (*Fl. jard.*, 763), « orthotropa ».

---

## DECAS VIII.

571. *Asphodelines luteæ* flores in axilla bractearum singularum, teste Decaisneo (*Fl. jard.*, 753), « geminati ».

572. Plantæ ejusdem, a Decaisneo (*loc. cit.*) cum *Asphodelis* legitimis comparatæ, « stigma simplex ».

573. *Syringarum* antheræ (« ovatæ v. oblongæ ») sunt, ex Decaisneo (in *N. Arch. Mus., Rev. Syr. et Ligustr.*, 9), « presque cordiformes ».

574. *Polygonatorum* omnium ovula sunt, suadente Decaisneo (*Tr. gén.*, 582), « semi-anatropa ».

575. *Hydrophyllorum* placentæ sunt, secundum doctrinam Decaisneanam (*Tr. gén.*, 174), « toujours fixés au sommet..... de l'ovaire ».

576. Medicamen sic dictum *Cévadille* Decaisneus, anno 1868 (*Tr. gén.*, 580), a *Schœnocauli* speciebus quibusdam largiri negat : « On sait aujourd'hui qu'elles proviennent de l'*Aza Graya.* »

577. Stylum *Rhodeæ* brevem prætervidens Decaisneus ait (*Tr. gén.*, 585) : « stigma sessile ».

578. *Bellevaliæ romanæ* stigma (depresso-3-gonum et leviter capitellatum) est, secundum Decaisneum (*Fl. jard.*, 759), « acutum ».

579. *Compositarum-Cinarearum* corollas constanter « regulares » vidit Decaisneus (*Tr. gén.*, 141), dum certe plerumque sint plus minus irregulares.

580. *Amianthii* antheræ, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 577), « introrsæ, didymæ; dehiscentia transversali ».

## DECAS IX.

581. In *Geraniis* omnibus, docente Decaisneo (*Tr. gén.*, 350), embryonis radicula infera : « regardant la base du fruit ».

582. *Coccorum* indoles et natura, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 80) : « On a nommé *coques* (cocci), dans les capsules pluriloculaires, les carpelles à une ou deux graines, qui se détachent les uns des autres (souvent avec élasticité) et emportent avec eux leurs graines, mais ordinairement sans *entraîner les placentaires*; ceux-ci restent *soudés* en colonne centrale. Dans les Euphorbes, cette colonne centrale se compose, *non seulement des placentaires*, mais de trois lames doubles *qui faisaient partie des cloisons*, et que les trois carpelles ont *laissées* en se déchirant pour lancer les graines. »

583. Palearum ac fimbrillarum sic dictarum in *Compositis* natura eadem est, suadente Decaisneo (*loc. cit.*, 149) : « Les paillettes et les fimbrilles qui accompagnent souvent les fleurs et *qui ne sont que les bractées* à l'aisselle desquelles elles se développent. »

584. *Sesami* corolla, ex icone Decaisneana (*Tr. gén.*, 199, in diagramm.), reduplicato-valvata.

585. *Anthoboli* germinis situs, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 474) : » Ovaire adhérent à la base seulement. »

586. *Sapium* et *Hippomane* calycem masculum habent, suadente Decaisneo (*Tr. gén.*, 493), in æstivatione « quincuncialem ».

587. *Sapotæ* fructus est, ex definitione Decaisneana (*Tr. gén.*, 81), drupaceus et polypyrenus : « Un fruit charnu, renfermant plusieurs noyaux. »

588. Seminis definitio Decaisneana, anno 1868 (*Tr. gén.*, 82) : « La graine des végétaux phanérogames est l'ovule fécondé, *mûr et apte à la germination.* »

589. *Leitneriæ* ovulum est, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 531), « campylotropum ».

590. *Galiorum* et *Asperularum* fructus est, docente Decaisneo (*Tr. gén.*, 81), « nunc capsularis, nunc autem baccatus ».

---

## DECAS X.

591. De natura *Filicum* sporæ (a nonnullis pro semine habitæ) Decaisnei sententia, anno 1868 (*Tr. gén.*, 721) : « Cette prétendue graine ne peut se comparer qu'à un bulbille, ou plutôt à un bouton de fleur qui contient en germe les organes de la reproduction, mais qui ne se déve-

loppera et ne *fleurira* qu'après s'être séparé de la Plante mère. Cette séparation des organes reproducteurs, mais se détachant de la Plante mère avant l'acte de la fécondation, offre quelque analogie avec la fécondation extra-utérine des Poissons et des Batraciens. »

592. *Moreas* inter et *Urticeas* veras discrimen unicum, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 515) : « leur suc aqueux et leur port. »

593. *Eupomatiæ* stylorum indoles, ex descriptione Decaisneana (*Tr. gén.*, 382) : « Les styles sont soudés en masse terminée par un stigmate plane, creusé d'aréoles en même nombre que les carpelles. »

594. *Eupatorii* corolla est, e diagrammate Decaisnei (*Tr. gén.*, 142), dialypetala ; petalo exacte postico v. antico nullo.

595. *Stylidiearum* antheræ, docente Decaisneo (*Tr. gén.*, 147), « introrsæ ».

596. Flores *Polygonatorum* nunc, ex Decaisneo (*Fl. jard.*, 763), « racemosi ».

597. Eorumdem germinis loculi 3 sunt, teste Decaisneo (*Fl. jard.*, 763), « 2-ovulati ».

598. *Smilaceæ*, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 538), ab *Asparageis* inter alia discrepant « testa membranacea ».

599. *Collinsiarum* germinis loculi sunt, fide Decaisnei (*Fl. jard.*, 241), « 2-ovulati ».

600. De rhizotaxia Decaisneus, tot et tantis recentiorum operibus penitus aut ignoratis, aut spretis (*Tr. gén.*, 102), radicis ramos irregulariter dispositos habebat, deque eis, anno 1868, scribebat : « n'observent aucune régularité ».

(*Mox sequetur.*)

PARIS. — IMPRIMERIE E. MARTINET, RUE MIGNON, 2

# ERRORUM DECAISNEANORUM

## GRAVIORUM VEL MINUS COGNITORUM

## CENTURIA SEPTIMA

AUCTORE

**H. BAILLON**

« Materiæ tanta abundat copia labori faber ut desit, non fabro labor. »

### DECAS I.

601. Decaisneus nonnunquam fructum v. potius fructus partem pro semine habuit, e. g. in *Pomaceis* (*Man. am. jard.*, IV, 431), de quarum seminibus hisce verbis loquitur : « ces dernières sont tantôt enveloppées d'un tégument coriace, mais flexible (poires, pommes, etc.), et alors elles prennent le nom de *pepins*, tantôt protégées par un test ligneux et dur, véritable noyau qui provient... de la couche intérieure du péricarpe ».

602. Seminum juniorum nutritionis causa, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 126) : « La décomposition du fruit entoure

la jeune graine des conditions les plus favorables ; l'acide carbonique qui se dégage autour d'elle contribue puissamment à sa nutrition ».

603. *Cynoglossi Omphalodis* stylus, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 178), ad medium sensim dilatatus et apice angustiore obtusatus integerrimus.

604. Plantæ ejusdem inflorescentia, docente Decaisneo (*Fl. jard.*, 219), « en *grappes* simples ou géminées ».

605. *Mysodendri* perianthii fœminei indoles, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 472) : « *Périanthe* supère, entier et étroit ».

606. Lymphæ sic dictæ descendentis post elaborationem via, docente Decaisneo (*Tr. gén.*, 117) : « descend des feuilles *à travers* l'écorce ».

607. *Nonnea*, genus *Borraginearum*, habet, ex definitione Decaisneana (*Tr. gén.*, 179), « ovula suspensa ».

608. Fibrarum cavitatis forma, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 91) : « le canal creux qui lui sert d'axe est *cylindrique;* mais ses parois extérieures... sont aplaties et prismatiques ».

609. *Veronicarum* omnium in loculis, e definitione Decaisneana (*Tr. gén.*, 190), « ovules nombreux ».

610. Sic dictæ *Compositarum* fimbrillæ sunt, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 138), « bracteolæ ».

Baillon, H.

Errorum decaisneanorum graviorum vel minus cognitorum centuria.

We have Centuria I.–VI.

Kew gives Cent. I.–VII.

## DECAS II.

611. Gemmarum sic dictarum adventivarum originis causa in *Cycadeis*, teste Decaisneo (*Man. am. jard.*, III, 668) : « Ce résultat qui surprend au premier abord, *s'explique par* le fait de bourgeons rudimentaires aux aisselles des feuilles de la plante, mais qui sont restés *latents* par suite de la *compression* qu'exercent sur eux les bases *imbriquées* de ces feuilles. La *compression* se trouvant diminuée par le sectionnement de la tige, les bourgeons entrent en activité, ceux-là surtout qui se trouvent au pourtour supérieur de la section, là où la *compression* n'existe *pour ainsi dire* plus ».

612. *Alsinearum* sepala, docente Decaisneo (*Tr. gén.*, 439), aut libera, aut « soudés à leur base par le disque ».

613. *Balbisiarum* involucri bracteæ 3 (omnino liberæ) sunt, ex Decaisneo (in *Ann. sc. nat.*, sér. 2, I, 19), « presque *soudées* entre elles dans toute leur largeur, si ce n'est dans leur partie supérieure qui est libre et forme ainsi un *tube* tridenté », seriusque (20) : « ces folioles ne sont cependant pas *soudées* ».

614. *Robinsoniæ* autem involucri bracteæ, teste Decaisneo *loc. cit.*, 20), « sont réellement soudées ».

615. *Populorum* placentaria omnium sunt, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 521), « multiovulata ».

616. Eorumdem stamina, ex observatione Decaisnei (*Fl. jard.*, 687), aut 8 (*Leuce*), aut 12-30 (*Aigeiros*).

617. Corymbi nunc sunt, ex Decaisneo, « inflorescentiæ definitæ », ut sat ex ejus hisce verbis patet, de *Compositarum* inflorescentia generali (*Tr. gén.*, 138) : « constituant collectivement une inflorescence définie, en *corymbe*, ou en cyme, etc ».

618. Ovuli insertionis indoles in *Gramineis*, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 605) : « fixé à la partie postérieure de l'ovaire *dans toute sa longueur*, ou par sa base ».

619. Earumdem fructus est, secundum Decaisneum (*loc. cit.*), « libre ou *soudé avec les glumelles* ».

620. *Arundinis Donacis* pars medicamentaria est, fide Decaisnei (*loc. cit.*, 612), radix : « la racine est diurétique, sudorifique, etc. »

## DECAS III.

621. *Mentzeliæ ornatæ* ovula (omnino horizontalia) sunt, fide Decaisnei (*Tr. gén.*, 280), « pendula ».

622. *Compositarum* pappus est, ex Decaisneo, anno 1868 (*Tr. gén.*, 138), calyx, « tantôt dégénéré en poils capillaires ou soies ».

623. In familia eadem vidit Decaisneus (*loc. cit.*, 139) constanter staminum filamenta « fixés *au bas* du tube de la corolle ».

624. *Potamogeton* perianthium habet secundum Decaisneum (*Fl. jard.*, 831), in æstivatione « valvatum ».

625. *Epacridearum* antheræ dissepimentum constanter, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 234), « completum ».

626. Earumdem plantarum constanter, secundum Decaisneum (*loc. cit.*), « stigma indivisum ».

627. De *Nonneæ* inflorescentia Decaisneus (*Fl. jard.*, 215) : « Fleurs en *grappe-épi* ».

628. *Trientalium* flores constanter, ex Decaisneo (*Fl. jard.*, 311), « 7-meri et 7-andri ».

629. *Vincarum* styli indoles, ex Decaisneo (*Fl. jard.*, 191) : « Style terminé par un godet membraneux ».

630. *Primularum* sepala petalaque, e Decaisnei diagrammate (*Tr. gén.*, 218), invicem et a staminibus omnino libera.

## DECAS IV.

631. *Primulacearum*, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 217), placentæ indoles : « *se continuant* avec le tissu conducteur du style ».

632. Sepalorum nervatio plerumque, fide Decaisnei (*Tr. gén.*, 104), eadem ac foliorum : « ces nervures, suivant la classe à laquelle appartient la plante, observent la même disposition que dans les feuilles. »

633. *Tetragoniarum* flores (cymosi) sunt, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 444), « solitaires ou agglomérées, quelquefois disposées en épi, ou en grappe ».

634. *Robinsoniæ* species omnes, ex Decaisneo, cotyledones habent involutas.

635. Pollinis evolutionis (intra antheræ cellulas) ætas prima, secundum Decaisneum, anno 1868 (*Tr. gén.*, 105) : « bientôt au milieu de ce tissu, un certain nombre de cellules *se détruisent et laissent des lacunes qui s'élargissent peu à peu* ».

636. *Asparagi* folia sunt, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 18, fig. 81), « filiformia ».

637. *Digitalis purpureæ* corolla « anomala » valdeque irregularis est, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 43), conformée en dé à coudre ».

638. *Senecionis Jacobeæ* capitula sunt, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 142, fig. 38), « tubuliflora ».

639. *Cucurbitarum* cirrhi sunt hinc Decaisneo (*Tr. gén.*, 15, fig. 61), stipulæ. Scribitur enim sub icone : « *Melon, stipule en vrille* ».

640. Inde cirrhi iidem Decaisneo sunt (*Tr. gén.*, 485) folia simul et rami : « elles représentent, par leur partie supérieure, la nervure médiane ou les nervures principales d'un limbe de feuilles, et par leur base une production de l'axe, c'est-à-dire un rameau qui avorte près du point où il s'est dégagé de la tige, et *se fond dans le pétiole* de la feuille émanée de lui ».

---

## DECAS V.

641. Ovula adulta *Forsythiæ*, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 227), « 2-seriata ».

642. Plantæ ejusdem corolla, suadente Decaisneo (*loc. cit.*), « æstivatio valvata ».

643. Ejusdem antheras vidit Decaisneus (*loc. cit.*) « introrsas et dorsifixas ».

644. De antherarum *Asari* (inclusa *Heterotropa*, cujus loculi quidam margine rimosi) charactere Decaisneus (*Tr. gén.*, 477) : « anthères introrses ou extrorses ».

645. *Tetragoniæ expansæ* ovulorum raphe (dorsalis) est, ex icone Decaisneana (*Tr. gén.*, 445), secundum loculos diversos, hinc dorsalis, inde autem ventralis.

646. Embryonis evolutio, secundum Decaisneum, anno 1868 (*Tr. gén.*, 107) : « Il se compose d'abord d'une vésicule qu'on a nommée *vésicule embryonnaire;* cette vésicule est remplie d'une matière granuleuse, au sein de laquelle se forme une cellule, puis plusieurs autres, qui toutes portent un *cytoblaste* sur leur paroi. »

647. *Tragopogonum* et *Scorzonerarum* amaritudinis defectus causa, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 144) : « L'amertume de la racine est corrigée par le mucilage que contient le suc laiteux ».

648. Vasorum sic dictorum laticiferorum in planta locus, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 99) : « Le système cortical est constitué par l'épiderme, le suber, la moelle corticale, et les fibres du liber, *en dehors et au milieu desquels* se ramifient des vaisseaux laticifères ».

649. Cellularum connectivi character constans, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 105) : « formé par des cellules qui ont la consistance d'un tissu *glanduleux* ».

650. De *Compositarum* herbacearum habitatione Decaisneus (*Tr. gén.*, 114) : « Celles dont la tige est herbacée croissent dans les climats tempérés et froids ».

## DECAS VI.

651. Dum veneficio dicto *Ourari* addantur *Piperaceæ* nonnullæ (evidenter americanæ), hisce verbis utitur Decaisneus (*Tr. gén.*, 163) : « en mêlant le suc de l'écorce avec *du poivre* ».

652. *Potamogeton*, e diagrammate Decaisnei (*Tr. gén.*, 646), antheras habere videtur introrsas.

653. *Cajophoræ lateritiæ* ovula (plus minus oblique descendentia v. subhorizontalia) sunt, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 280), « pendula ».

654. Plantæ ejusdem, ex Decaisneo (*loc. cit.*), antheræ (subextrorsæ, rimis submarginalibus) sunt « introrsæ ».

655. *Loasearum* omnium, docente Decaisneo (*loc. cit.*, 280), « petala cum staminibus calyci inserta », corollaque sæpe duplex ; interiore « nunc antherifera ».

656. *Portulacarum* inflorescentia, teste Decaisneo (*Fl. jard.*, 634) : « Fleurs axillaires, solitaires ».

657. Familiæ totius *Portulacacearum*, ex eodem Decaisneo (*Tr. gén.*, 443), inflorescentia : « Fleurs axillaires, solitaires, ou diversement agglomérées ».

658. *Amarantorum*, fide Decaisnei (*Tr. gén.*, 450), « stylus simplex ».

659. *Podocarpi* ovulorum tegumentum (ex omnibus auctoribus, theoria qualibet accepta, duplex), est, secundum iconem Decaisneanam (*Tr. gén.*, 535, fig. sinistr. infim.), simplex.

660. *Cambii* indoles et ratio, secundum Decaisneum, anno 1868 (*Tr. gén.*, 117) : « le *cambium*, suc *gélatineux* qui *abreuve* la *zone cellulaire* dans le sein de laquelle doivent se former les organes élémentaires qui *concourent* à l'accroissement du végétal ».

---

## DECAS VII.

661. *Salpiglossis* stylum habet, docente Decaisneo (*Fl. jard.*, 234), « courbé », nominisque generici origo : « allusion au style dilaté en languette *recourbée comme une trompette* ».

662. *Aristolochiearum* stamina nunc, fide Decaisnei (*Tr. gén.*, 477), numero 5.

663. De præfloratione (certe axili) *Vacciniearum* Decaisneus (*Tr. gén.*, 236) : « graines insérées sur des placentaires *centraux* ».

664. Inflorescentiæ indoles, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 141), in *Echinope*, *Gazania*, *Venidio*, *Arctotide*, *Osteospermo* et *Calendula* : « Capitules généralement flosculeux ».

665. De *Labiatiflorum* distributione geographica Decaisneus (*Tr. gén.*, 144) : « Les Labiatiflores vivent *toutes* audelà du Cancer ».

666. *Amaryllidearum* flores, secundum Decaisneum, anno 1868 (*Tr. gén.*, 568), « solitaires, ou en ombelle, ou rarement en épis agrégés ».

667. *Basellearum* antheræ, e descriptione *Decaisneana* (*Tr. gén.*, 445), sunt « introrsæ ».

668. *Amaryllidearum* staminum filamentorum indoles, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 568) : « filets cohérents par leur base dilatée ».

669. *Uvulariæ* a Decaisneo (*Tr. gén.*, 579) inter *Veratreas* enumeratæ, flores (terminales) ex eodem sunt : « axillares, solitarii, v. racemosi, v. spicati ».

670. *Dichorisandrarum* ovula, ex descriptione Decaisneana (*Tr. gén.*, 595), « orthotropa ».

## DECAS VIII.

671. *Vaccinii Myrtilli* corollæ color, ex Decaisneo (*Fl. jard.*, 339) : « d'un blanc verdâtre et rosé ».

672. *Scleranthorum* fructus est, docente Decaisneo (*Fl. jard.*, 632), « capsula *indehiscens, monosperma* ».

673. *Paulowniæ tomentosæ* (s. *imperialis*) corolla, teste Decaisneo (*Fl. jard.*, 241), « pointillée de brun intérieurement ».

674. *Tuberorum cibariorum* juniorum albitudinis causa, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 702) : « Les jeunes Truffes sont blanches, parce qu'elles ne se composent encore que d'un tissu *homogène* ».

675. *Aristolochiearum* germen constanter, ex Decaisneo (*Tr. gén.*, 476), « pluriloculare ».

676. *Maianthemi bifolii* ovula, secundum Decaisneum (*Fl. jard.*, 764), « orthotropa ».

677. *Luffarum* calyx, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 484, 485 ; *Fl. jard.*, 667), in præfloratione « imbricatus ».

678. Earumdem stamina 5 (plerumque æqualia et alternipetala) sic a Decaisneo (*Tr. gén.*, 485) describuntur : « Androcée composé de deux anthères et demi ».

679. Generis hujusdem, secundum Decaisneum (*Fl. jard.*, 668), « calyx campanulatus 5-dentatus ».

680. *Bellevaliæ romanæ* staminum character, ex Decaisneo (*Fl. jard.*, 759) : « insérées sur le tube, à filets... cohérents à la base ».

## DECAS IX.

681. Flores ipsi nunc in *Compositeis* receptaculum sic dictum formant, ex Decaisneo (in *Ann. sc. nat.*, sér. 2, I, 20) ; de *Balbisia* enim sic loquitur : « le réceptacle est *presque nul*,... car il n'est *formé* que par trois fleurs ». Receptaculum enim verum, angustum licet, est in planta evidentissimum.

682. *Leucoiorum* stigmatis forma, secundum Decaisneum (*Fl. jard.*, 727) : « stigmate conique ».

683. *Vaccinii Myrtilli* embryo, e descriptione et icone Decaisnei (*Tr. gén.*, 236), « axilis ».

684. *Celosiarum* ovulorum (adscendentium) character, teste Decaisneo (*Tr. gén.*, 450) : « suspendus isolément à des funicules distincts et dressés ».

685. *Asclepiadum* calycis foliolum posticum anticaque a lateralibus operta Decaisneus (*Tr. gén.*, 166, in diagramm.) indicabat.

686. Præter stamina ab *Amaryllidaceis* discrepant *Hæmodoraceæ*, docente Decaisneo (*Tr. gén.*, 568), « par leurs racines non bulbeuses ».

687. *Orchidearum* retinaculi locus constans, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 545) : « située au-dessous de l'anthère ».

688. De *Solanacearum* omnium gynæcei fabrica Decaisneus (*Tr. gén.*, 182) : « Carpelles 2, l'un antérieur, l'autre postérieur relativement à l'axe de la fleur, cohérents en ovaire à 2 loges multiovulées ».

689. *Asclepiadum* corollam Decaisneus (*Tr. gén.*, 166, in diagramm.) polypetalam imbricatamque (cum text. haud quadr.) delineabat.

690. Earumdem corolla est, secundum Decaisneum (*loc. cit.*, 167), « à *tube* et *gorge* munis intérieurement de squamules ».

## DECAS X.

691. *Tamariscinearum* antheræ, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 433), constanter « introrsæ ».

692. Earumdem petala, a Decaisneo imbricata dicta, eodem loco (433) torta figurabat.

693. *Tamaricum* stamina filamenta habent, suadente Decaisneo (*Fl. jard.*, 613), « insérés sur le bord d'un disque hypogyne, à filets soudés très brièvement à leur base ».

694. *Scleranthorum* omnium, teste Decaisneo (*Fl. jard.*, 632), stamina 10, « dont cinq stériles, représentant les pétales, et cinq fertiles ».

695. *Saponariæ officinalis* calyx est, secundum Decaisneum (*Tr. gén.*, 436), « imbricatus ».

696. *Asarorum* stamina vidit Decaisneus (*Fl. jard.*, 664) « disco epigyno inserta ».

697. Eorumdem ovula, secundum Decaisneum (*loc. cit.*), constanter « adscendentia ».

698. Eorumdem quoque, ex Decaisneo (*loc. cit.*, 663), stylus « indivisus ».

699. De tinctura sic dicta *Curcumæ* Decaisneus (*Man. amat. jard.*, I, 209), quoad reactionem chemicam : « la plus célèbre est le *Curcuma*, teinture jaune vulgairement employée comme réactif chimique pour dénoter la présence des alcalis, qui la font passer au *vert* ».

700. De tinctura eadem Decaisneus (*op. cit.*, III, 694) : « Cette teinture passe du jaune au rouge sous l'influence *des acides*, et est ramenée du rouge au *jaune* par les alcalis ».

(*Mox sequetur.*)

PARIS. — IMPRIMERIE E. MARTINET, RUE MIGNON 2